



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Sectio IV. De Subjecto Ordinationis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73429)



## SECTIO QUARTA.

## De Subjecto Ordinationis.

1.  
Varia quæ-  
stiones de  
Subjecto  
Ordinatio-  
nis.

**V**aria hic moventur quæstiones de Subjecto Ordinationis. Prima, de sexu; an etiam mulier. Secunda, de ætate; an etiam infans. Tertia, de qualitate; puta de moribus, doctrina & congruâ sustentatione.

Quarta, de tempore, quo debent Ordines suscipi. Quinta, de obligatione continentie.

Suppono autem ante resolutionem harum quæstionum, quarum singulæ suas habent difficultates, suppono, inquam, doctrinam factis facilem, & ab omnibus admittam, videlicet:

## CONCLUSIO I.

Ad validam susceptionem Ordinum prærequiritur Baptismus; secus Confirmatio.

2.  
Probatur 1.  
pars Concl.  
ex Concilio  
Nicæno.

**P**rima pars probatur ex Concil. Nicæno c. 19. (& refertur 1. q. 1. c. 52.) Si quis consuegerit ad Ecclesiam Catholicam de Paulianis & Cataphrygis, statum est rebaptizari eos omnino debere (quia videlicet apud eos non servabatur vera ac legitima forma Baptismi) Si qui verò Clerici erant apud eos, siquidem inculpatis fuerint & irreprehensibiles, rebaptizandi sunt, & rursus etiam ab Episcopo Ecclesie Catholice ordinentur. Si verò examinati, minus fuerint apti deprehensi, deponi (de facto, vel deponi, id est, non admitti, secundum Gloss. ibi, verb. Deponi) eos oportet. Similiter autem & circa Diaconos, & de omnibus, qui in eodem Clero inveniuntur, eadem forma servabitur.

Ubi Gloss. verb. Rursus: Arg. inquit, quod non baptizatus nullum recipit Ordinem, extra de Presbyt. non bapt. ca. Si quis Presbyter, infra eodem tit. Si quis per ignorantiam, sup. eodem: Cum Paulus. Verba cap. Si quis Presbyter, clarissima sunt: Si quis Presbyter ordinatus (inquit Concil. apud Compendium) deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur.

3.  
Probatur ex  
ratione  
universalis  
omnibus  
Sacramen-  
tis  
cap. 1. de  
Presbyt.  
non Bapt.

Et ratio est universalis de omnibus Sacramentis, quam lego cap. 3. eodem, ibi: Cùmque super Ordinibus fuisse diuini disputatum, quidam in eam declinaverunt sententiam, ut cum Baptismus sit fundamentum omnium Sacramentorum, ante susceptionem Baptismi non suscipiatur aliud Sacramentum: quoniam ubi fundamentum non est, superædificari non potest.

Sed contra hanc rationem opponitur in eodem cap. Cùm quis non solum per Sacramentum fidei sed per fidem etiam Sacramenti efficiatur proculdubio membrum Christi, & qui Christum habet per

fidem, etiam si Baptismus non habeat, habet utique fundamentum, præter quod aliud poni non potest, quod est Christus Iesus: superædificare posse videtur, sicut saluifera opera, sic & qualibet Ecclesiastica Sacramenta: cum illud non sit generaliter verum, neque de novis, neque de veteribus Sacramentis, quod Baptismus sit fundamentum illorum: quoniam & Sacramentum coniugii, & Eucharistia à non baptizatis recipi potest. Præterea Sacramentum Ordinis non solum Pontificalis, sed Sacerdotalis etiam & Levitici, ex institutione sua præcessit Baptismus, per quod forsitan videtur, quod ante Baptismus huiusmodi Ordines possent rite conferri, maxime his qui baptizati esse credantur.

Cæterum Innoc. 3. his, in contrarium allegatis, non obstantibus, priorem sententiam in eodem cap. hæc formâ verborum approbavit: Quia verò in Concilio apud Compendium legitur constitutum, quod si quis in Presbyterum ordinatus, deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: Nos circa Latorem præsentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes: Mandamus, quatenus ipsum per singulos Ordines usque ad Sacerdotium promovere procuret, & permittas eum in Sacerdotio ministrare, quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur esse factum, nec male de Sacramento sentitur, cum illud non religionis contemptus, sed articulus necessitatis excludit.

Ubi quævis Pontifex non desinat absolute, Sacramentum Ordinis fuisse invalidum; tamen id hodie pro indubitato ab omnibus supponitur. Et ratio specialis esse potest; quia per Ordinem constituuntur Ecclesie ministri & rectores, adeoque membra principalia seu insignia hujus corporis mystici; per Baptismus autem simpliciter efficiuntur membra: sed profectò planè inconveniens est, ut sit minister sive Rector in Repub. qui non est concivis; ut sit membrum insigne alicujus corporis, antequam sit simpliciter membrum.

Unde fatetur Doctor Angelicus 4. dist. 24. qu. 1. a. 2. qu. 3. ad 2. Quid talis, si ad Sacerdotium promoveatur, non est Sacerdos, nec consicere potest, nec absolvi in foro penitentiali. . . . & si Sacerdos ex etiam in Episcopum promoveatur, illi, quos ordinat non habent Ordinem; sed tamen pie credi potest, quod quantum ad ultimos effectus Sacramentorum summus Sacerdos suppleret defectum, & quod non permitteret hoc ita latere, quod periculum Ecclesie imminere posset.

Quid autem intelligat per ultimum effectum, ibi non explicat; sed Averſi hæc qu. 3. sect. 4. sic intelligit, quod homini bonâ fide suscipienti Sacramentum ab illo, qui defectu Baptismi & Ordinis non validè conferret,

H h h 2

Deus



Deus tribueret auxilia efficacia ad actum perfecte contritionis seu dilectionis, quo iustificari, & salvari posset; non autem quod Deus impoieret characterem, aut conferret gratiam iustificantem ex opere operato; nam iste effectus & hic modus operandi non dantur sine reali susceptione Sacramenti, ut patet ex alibi dictis.

tractationem. Ad primam itaque Respon- deo :

CONCLUSIO II.

Solus Vir est iure Divino capax Sacramenti Ordinis.

5. Probatur 2. pars Concl. exemplo Script.

Ceterum veluti certum est, praequiri Baptismum ad validam susceptionem Ordinum; ita etiam indubitatum est, non praequiri Confirmationem, quae est altera pars Conclusionis, & sumitur ab exemplo S. Scripturae; nam Apostoli fuerunt ordinati Sacerdotes & Episcopi ante Ascensionem Domini, sed Confirmationem, sive pro Confirmatione acceperunt Spiritum S. in die Pentecostes.

Hae est doctrina Catholica contra aliquos Haereticos de Secta Montani, vocati Catephryges & Peperiani, qui etiam feminas ordinabant, & non solum ad inferiores Ordines sed ad Sacerdotium quoque & Episcopatum promovebant, teste Epiphano Haereti 49. ubi Episcopi quoque apud ipsos sunt mulieres, & Presbyteri mulieres, & alia, quae nihil afferre dicunt.

Probatur ratione.

Ratione autem suadetur; quia Confirmatio instituta est ad roborandum hominem in confessione Fidei; non vero ad reddendum capacem aliorum Sacramentorum. Unde baptizatus, est non confirmatus, potest suscipere absolutionem Sacramentalem, Eucharistiam, & alia Sacramenta, cur non etiam Ordines? Non enim magis mediat Confirmatio inter Baptismum & Ordines, quam inter Baptismum & alia Sacramenta, aut quam mediat Diaconatus v. g. inter Subdiaconatum & Sacerdotium, & tamen valet Sacerdotium susciprum a non Diacono, ut superius ostensum fuit. Non itaque Confirmatio est tale medium, per quod transire oporteat, ut perveniatur ad finem seu alium terminum.

Et S. Augustinus lib. unico de Haeribus, Haereti 27. in principio: Peperiani a sua quadam nominati sunt, quam invocationem de eorum dicit Epiphanius. Hanc autem isti divinum aliquid esse asserunt. Hiesualem vocant. Tantum dicitur mulieribus participatum, ut Sacerdotio quoque apud uterentur.

6. Occurrit objectioni.

Neque repugnat, Episcopum non confirmatum, dare aliis Confirmationem; non enim quando dat, id facit virtute sua Confirmationis, sed solum virtute sua Episcopalis consecrationis; ac proinde dici potest, ipsam habere & continere eminenter ac virtualiter in suo Ordine Episcopali, licet non acceperit formaliter. Noane oportet, ut Sacerdos prius formaliter acceperit Extremam Unctionem, antequam eam aliis possit conferre? Clarum est quod non; idque ideo, quia illam praebere potest & praebet ex vi Ordinis Sacerdotalis, quem supponitur formaliter habere.

Nam, ut ait Apostolus ad Gal. 3. v. 28. Non est Iudeus neque Graecus: non est servus neque liber: non est masculinus neque femina. Unus enim est in Christo Iesu. Igitur non est differentia unius & alterius sexus, ac proinde utique est capax Ecclesiasticorum Ordinum.

Ita Haeretici illi, ut colligitur ex Epiphano supra, dum verbis praalegatis continud atterit: In Christo enim Iesu neque masculus neque femina, quasi diceret ideo Episcopi apud ipsos sunt mulieres, & Presbyteri mulieres, qui apud Christum, qui hos Ordines instituit, non est differentia unius & alterius sexus.

Itaque nemo dare potest, quod non habet, scilicet quod non eminenter saltem ac virtualiter continet in sua superiori potestate ad operandum talem effectum. Quinimmo sine ea superiori potestate, ipsa Confirmatio aut Extrema Unctio formaliter accepta & habita, minime sufficit ad dandam aliis Confirmationem aut Extremam Unctionem.

Accedit, quod idem Apostolus 1. Tim. 2. postquam docuit, quales esse debeant Episcopi & Diaconi, actum subjungat v. 11. Alium simulter pudicas, non detrahentes sibi, sicut in omnibus. Mulieres utique in Ordinibus Ecclesiasticis constitutas.

7. An peccet, qui ordinatur absque praevia Confirmatione.

An autem peccet, & graviter peccet, qui ordinatur absque praevia Confirmatione, latius discussimus Parte 1. hujus Operis Disp. 3. Sect. 3. Concl. 5. ad quam remitto Lectorem, deinceps acturus de aliis quaestionibus supra propositis, quae singulae, sicut dixi, habent suas difficultates, & ideo merentur longiorem

Et c. 5. v. 9. Vidua eligatur (scilicet ad certum ministerium & Ecclesiasticum Ordinem) non minus sexaginta annorum, quae fuerit unus viri uxor. Sicuti cap. 3. v. 12. de Diaconis dicitur: Diaconi sint unus uxoris viri.

Denique scribens ad Rom. c. 16. v. 1. ait: Commendo autem vobis Phoben sororem vestram, qua est in ministerio Ecclesiae, qua est in Christo. Ubi in textu graeco legi potest, Quae est Diaconissa, nam idem est minuter latine, quod Diaconus graeco.

Enimvero non semel in antiquis scripturis & historiis Ecclesiae, nominantur Diaconissae, & Presbyterissae, & Episcopissae. Immo in ipsius Apostolicis Constitutionibus Clementis lib. 8. c. 19. assignatur modus, quo ordinari debent Diaconissae, in haec verba: De Diaconissa vero Barbolomaeus constituo, ut manus ei Episcopi imponatur.



nas presentibus Presbyteris, & Diaconis ac Diaconis. Et dices: Deus aeternus; Pater Dominus nostri Iesu Christi, qui viri & mulieris auctor es; qui Mariam, Deoram, Annam, & Oldam Spiritu sancto implevisti; qui non duxisti indignum, ut Filius tuus unigenitus ex muliere nasceretur; qui in tabernaculo testimonium, & in templo custodes feminas ianuis tuis sanctis prefecisti: ipse etiam nunc respice hanc ancillam electam ad ministerium; & da ei Spiritum sanctum: & mandam esse ab omni inquisitione carnis & spiritus, ut opus sibi impositum dignè perficiat ad gloriam & laudem Christi tui. Cum quo tibi gloria & adoratio & sancto Spiritui in saecula, Amen.

non est dictum Apostoli, tamquam stultentis; sed, Non permitto, quia nec Christus permisit.

Quod probat evidenti argumento, dicens: Cuius argumentum evidens accipitur quia nec Matrem suam posuit in aliquo gradu Ordinis in Ecclesia, cui nulla alia potuit, vel non poterit in sanctitate equiparari.

13. Probat evidenti argumento.

Quæris rationem naturalem? Ratio autem naturalis (prosequitur Doctor) hinc dicto consonat, quam Apostolus innuit 1. ad Cor. 14. Nam natura non permittit mulierem saltem post lapsum, tenere gradum eminentem in specie humana; siquidem est dictum sibi in poenam peccati sui Gen. 3. Sub viri potestate eris, Hec ille.

Ratio naturalis.

Subscribo verba Apostoli ex 1. ad Cor. 14. v. 34. & 35. Mulieres in Ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & iex (Gen. 3.) dicit, si quid autem voluit discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. Iam autem Episcopus, Presbyter, & Diaconus, in Ecclesia docent ex officio, & alius præfunt.

1. Cor. 14

Audiamus Epiphanium supra: Esi, inquit, mulieres apud ipsos in Episcopatum ac Presbyterium furciantur propter Evam, audivi ea tamen Dominum dicentem: Ad virum tuum refugium tuum, & ipse tibi dominabitur. Latet item ipsos Apostolicus sermo: Mulieri non permittitur loqui, neque auctoritatem in virum habere. Et rursus: Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro. Et Adam non est deceptus, sed Eva prima decepta in transgressione fuit.

Epiphanius.

Si dixeris, ergo saltem Subdiaconatum & minores Ordines poterunt recipere; nam neque Subdiaconus, neque Acolythus &c. ex officio docent in Ecclesia, aut alius præfunt.

14. Obiectio.

Respondeo N. C. quia saltem disponunt isti Ordines ad doceandum & præfidentum in Ecclesia; uti etiam tonsura, tamen non sit Ordo propriè dictus; ut proinde communior sententia doceat, neque tonsuræ mulierem esse capaxem (quidquid in contrarium dicat Palud. 4. dist. 25. qu. 3. art. 1. eò quòd sit ab Ecclesia instituta) quia dispositio nequit introduci in subiectum, quod non est capax forme principalis.

Solutio.

Mulier non est capax tonsuræ contra Pauldanum.

Sic quippe fons vini v. g. incapax est illius benedictionis, quæ disponit aquam ad Sacramentum Baptismi, eò quòd vinum non sit apta materia Baptismi; ergo similiter mulier incapax est tonsuræ Clericalis, quæ disponit ad altiores Ordines, quia non est apta subiectum altiorum Ordinum.

Apposuit Doctor Seraphicus 4. dist. 25. a. 2. q. 1. in principio: Nullus, inquit, habet possibilitatem ad Ordinem, qui non habet ad tonsuram coronam: & nullus ad hoc habet naturalem aptitudinem, quem decet semper habere velatum caput. Sed eò solum virum per naturam decet orare capite non velato, mulierem autem velato capite, sicut dicitur 1. Cor. 11. quod & ipsa natura docet, ergo &c.

15. Est sententia Doctoris Seraphici.

Hhhh;

Hec

11. Tertia probatio.

In quibus verbis aliud fundamentum illorum Hæreticorum infirmatur, videlicet, quòd tam in veteri, quàm novo Testamento aliqua mulieres fuerint Prophetissæ.

Audiamus Epiphanium supra: Testimonia, inquit, multa producantur, gratiam dantes Eva, quòd prima de ligno prudentiæ comedit. Et sortem Moysis velut Prophetissam in testimonium afferunt earum, quæ ab ipsis in Clerum constituentur mulierum. Immo quatuor, inquit, filia erant Phisippo prophetantes.

12. Propter has probationes non est recedendum à doctrina Catholica.

Nihilominus neque propter hæc fundamenta, neque propter alia, quæ fortassis possent excogitari, recedendum iudico à communi doctrina Catholica & Apostolica, quàmvis non expressè revelata in Scriptura sacra, ad nos tamen per continuam traditionem & universalem praxim Ecclesiæ derivata, videlicet solos viros & nullo modo feminas esse capaces Ordinum, qui tales propriè sunt & vocantur; ita ut quàmvis de reliquo adhiberetur totus Ordinationis ritus circa aliquam feminam, quantumcumque sanctam ac Deo charam & aptissimam ad executionem Ordinum, nihil equidem fieret, ex solo defectu & incapacitate subiecti.

de qua ita dicitur Socrates.

De hac veritate ita discorrit Doct. Subt. 4. dist. 25. q. 2. n. 3. & 4. hic breviter dico; quòd excludit ab Ordine vel Ordinum susceptione, vel non posse suscipere Ordines, potest intelligi tripliciter, videlicet vel non posse debite & honeste: vel non posse licite, quia est contra præceptum: vel nullo modo posse etiam de facto, ita quòd si attemptetur fieri, nihil fiat.

Isud non posse tertio modo est in muliere. Quod non est tenendum tanquam præceptum per Ecclesiam determinatum, sed habetur hoc à Christo: non enim Ecclesia præsumpsit totum sexum mulierem privasse sine culpa sua, actu, qui possit sibi licite competere, qui esset ordinatus ad salutem mulieris, & aliorum in Ecclesia per eam; quia hoc esse videretur maxime in utilitate, non solum in eò sexu, sed etiam in paucis personis. Nunc autem si de lege divina licite possit competere mulieri Ordo Ecclesiasticus, possit esse ad salutem & eorum & aliorum per eas. Et quòd dicit Apostolus 1. ad Tim. 2. Docere mulierem non permitto, intelligens de doctrina publica in Ecclesia,



Hæc sunt verba Apostoli v. 3. & sequentibus: *Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est; caput autem mulieris vir: caput verò Christi Deus. Omnis vir orans ut prophetaus velato capite deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetaus, non velato capite deturpat caput suum: Vnum enim est ac si decalvetur. Nam si non velatur mulier, roncatur. Si verò turpe est mulieri tonderi aut decalvari, velet caput suum. Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago & gloria Dei est.*

Et quoniam (ut notat Bonaventura supra) in hoc Sacramento homo quodammodo fit Deus sive divinus, dum potestatis divinæ tit particeps; & solus vir ratione sexus est imago & gloria Dei, ideo nullo modo mulier potest ordinari.

16. **Objectio.** Hinc si objicias: Legitur Judic. 4. quod Debbara judicavit Israël, & ei præfuit. Respondet Doctor Seraph. supra ad 1. Quod illa fuit potestas temporalis non spiritualis. Mulieribus autem bene licet temporaliter dominari, sed non spirituali dominio. Cujus ratio est; quod ille, qui dominatur, gerit typum capitis Christi; quoniam ergo mulier non potest esse caput viri, ideo ordinari non potest.

Ad aliud quod objicitur, de Abbatissis, quibus committuntur Monasteria regenda; Respondet ibidem præfatus Doctor: Quod non habent locum pralationis ordinaria (id est, jurisdictionis propriè dictæ in spiritualibus) sed quasi loco Abbatis sunt substituta, propter periculum cohabitandi cum viris; unde non possunt ordinare, absolute nec ligare: officium autem sacerdotale vel etiam cuiuslibet Ordinis cui datur, ordinariè eidem datur etiam potestas ista (aut saltem ad eam disponitur) & Ordo significationem habet (scilicet Christi mediatoris, qui solum in virili sexu fuit) qua non competit mulieri, quævis regimen (domesticum, imò & politicum in temporalibus) competat feminis.

17. **Tertia objectio ex Scoto.** Deinde objicit sibi Scotus supra n. 5. Ubi idem agens, & passum ejusdem speciei, ibi est idem effectus: sed Episcopus est idem agens, & pono quod eodem modo intendat hic & ibi; vir & mulier, & anima viri, & mulieris, passiva ejusdem speciei: ergo si Episcopo aliquid agente, anima viri recipiet characterem, sequitur, quod ipso idem agente circa mulierem, ipsa idem recipiet.

**Solutio ex eodem.** Respondet Doctor: Major est vera de agente inducente formam, & agente naturali: sed si voluntariè agat & contingenter, non est verum quod idem agat, sed poterit non agere. Si autem non inducat, sed tantum facit quemdam actum, ad quem alius inducat, qui voluntariè inducit in illud passum, in quo proponit inducere, Major non est vera, & ita est in proposito. Et istud argumentum est bonum ad probandum, quod minister nullum actum necessarium facit, ad quem necessariè sequitur effectus Sacramenti, sed tantum contingenter, ut in pluribus ex passione divina.

Hinc si Christo placuisset, non est dubium, quin etiam mulier potuisset esse capax effectus hujus Sacramenti. Scripturæ itaque, & rationes jam allegatæ, non videntur probare, nullam magnam congruentiam contrariæ voluntatis; id est, probant, maximè convenientes fuisse, ut mulieres excluderentur à susceptione hujus Sacramenti; interim ratio fundamentalis & prior, est voluntas Christi, quæ, sicut dicitur, probatur ex perpetua praxi totius Ecclesiæ tam Latinæ, quam Græcæ.

Et, quod bene notandum est, etiam à principio mundi nulla mulier, etiam ipsa Eva, legitur Sacrificium Deo obtulisse, non solum apud homines justos & fideles; sed etiam apud barbaras nationes. Deus etiam in veteri Lege ex solis viris Sacerdotes elegit, & Levitas ministerium Altaris. Cuiusmodi Anna filia Phanuelis Prophetissa esset, ut patet Luc. 2. v. 36. Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel tribu Aser. Nos ipsam tamen legimus, et Sacrificium commisitum fuisse.

Quæris à me; cur potius mulier possit esse Prophetissa, quam Presbyterissa? Respondet Doctor cum Doctore Angelico 4. dist. 25. q. 2. a. 1. q. 1. ad 1. Propetia non est Sacramentum, sed donum Dei, unde non exigitur illi significatio, sed solum res. Et quia secundum tenorem illius, qui per animam, mulier non differt à viro, cum quantum mulier immatur melior quantum ad eorum mensuram viris, ideo donum prophetiæ, & alia hujusmodi potest accipere, sed non Ordinis Sacramentum.

Aliam solutionem adhibet Richardus 4. dist. 25. n. 4. q. 1. ad 3. Quod per prophetiam non datur mulieri potestas ulla super viros, secus per Sacramentum Ordinis. Ratio est, quia voluntas Dei; scimus quippe ex Scripturis mulieres fuisse Prophetissas, non scimus tamen Sacerdotes aut Levitas, immo oppositum videmus.

Supere est alia argumenta Hæreticorum diluamus. Itaque ad locum Apostoli ad Gal. 3. respondet Scotus supra nu. 6. Quod præterea ad gloriam consequendam, & ad gratiam habendam, non est distinctio in lege Christi inter masculinam & mulierum: quia tantam gratiam habere, & tantam gloriam attingere potest illa, sicut iste: sed quædam ad gratiam excellentem habendam in Ecclesia, bene habet distinctio inter virum & mulierem in lege Christi, quia hoc consonat legi naturæ.

Et sanè instituto Pauli hæc responsio optinet quadrat; quippe ibi Paulus non ageret de ministris Templi, & Ecclesiæ Dei, sed de generali fidelium justificatione & adoptione virtute Fidei in Christum, ut patet ex verbis 2. ad Cor. 27. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ut autem decoretur omnibus indiscriminatim hanc justificationem per fidem communicari, illud subiungit: non est Iudæus neque Græcus, non est servus neque liber, non est



est masculus, neque femina, videlicet apud Deum, quod attinet ad adoptionem in Christo per fidem ejus.

21. Resp. Scoti ad antiqua jura, in quibus nominantur Diaconissa &c.

Venio ad antiqua jura, in quibus feminae nominantur Diaconissa, Presbyterissa & Episcopissa, & ad ea respondet Scotus supra: Forè in Gracia uxor Presbyteri potest dici Presbyterissa, ubi Sacerdotes utuntur liberè matrimonio prius contracto: sed apud nos Latinos, ubi castitas, non conjugalis, sed simpliciter, est Ordini annexa, Presbyterissa potest dici aliqua bona matrona vidua, vel perfecta inter alias mulieres, vel forè in collegio illa, qua praestitit omnibus aliis, ut Abbatisa inter Moniales, sed ista non habet per hoc gradum altiore Ordinis, immo nec praementiam respectu alicuius viri. Consimiliter potest dici ad illud de Diaconissa, quod illa cui competit ex ordinatione Abbatisa vel collegii legere homilias in matutino potest dici Diaconissa; sed ille non est actus alicuius Ordinis.

22. Valquez.

Quia autem Valquez disp. 245. c. 3. (ubi longè & latè explicat hanc rem, adductis variis causis, ob quas antiquo tempore in Ecclesia Latina & Græca mulieres his nominibus fuerint appellatae) nu. 18. dicit, Scotum nullo canone aut antiqua historia suam opinionem confirmare; confirmo ego eam ex cap. 18. dist. 32. sequentis tenoris: Presbyter quidam sibi commissam regebat Ecclesiam, cum magno timore Domini, qui ex tempore accepti Ordinis, Presbyter am suam, ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens, ad se propius accedere non sinebat &c. Ita Greg. in Dial. lib. 4. c. 2.

& Concil. Laod. c. 11.

Et Concilium Laodicense cap. 11. Mulieres, qua apud Gracos Presbyteria appellantur, apud nos viduae, seniores, univirae & matriculae appellantur, in Ecclesia tanquam ordinatas, constitui non debent. Ita refertur apud Grat. supra c. 19.

23. Item ex Conc. Turonensi 2.

Item in Concilio Turonensi 2. can. 9. aliàs 14. Episcopum Episcopam (id est, uxorem) non habentem, nulla sequatur turba mulierum.

Et can. 20. aliquantulum à principio: Nam si inventus fuerit Presbyter cum sua Presbyterissa, aut Diaconus cum sua Diaconissa, aut Subdiaconus cum sua Subdiaconissa, annum integrum excommunicatus habeatur.

& Concil. Alufiod. cap. 21.

Item can. 21. Concilii Alufiodorensis: Non licet Presbytero in uno lecto post acceptam benedictionem cum Presbyteria (id est, uxore sua) dormire, nec in peccato miscere: nec Diacono (cum Diaconissa) nec Subdiacono cum Subdiaconissa. Utique, quia in Ecclesia Latina, ad hos Ordines nemo conjugatus promovebatur, nisi ex mutuo consensu, ipse & uxor votum continentiae prius emitterent. Et ideo in eodem Concilio can. 22. statuitur: Non licet relicta Presbyteri, nec relicta Diaconi, nec Subdiaconi post eius mortem matrimonium accipere.

Ex his sic argumentor: Si in Ecclesia Latina uxor Presbyteri appellabatur Presbyteria, tamen usus conjugii foret illicitus, quantum magis in Ecclesia Græca poterat sic appellari,

ubi usus conjugii aliquando erat licitus? Et idem dici potest de Diaconissa, & Subdiaconissa.

Interim cap. 23. 27. q. 1. ex Conc. Calced. c. 15. refertur, quod sequitur: Diaconissam non debere ante annos 40. ordinari statimus, & hoc cum diligenti probatione, Si vero Ordinationem susceperit & quancumque tempore observaverit ministerium, & postea se nuptis tradiderit, in mariam faciens gratia Dei, hac anathema sit cum eo, qui in nuptis illius convenierit.

24. Abbatisa in Concilio Calced. cap. 15. vocatur Diaconissa, juxta Gloss. ibi.

Ubi Gloss. verb. Diaconissam. Id est, inquit, Abbatisam. Et verb. Ordinari. Mulieres non recipiunt characterem, impediens sexu & constitutione Ecclesia; unde nec officium Ordinum exercere possunt 23. dist. Sacras: nec ordinatur hac, sed fundatur super eam forè aliqua benedictio, ex qua conquirebatur aliquod officium spirituale; forè legendi homilias vel Evangelium ad matutinas, quod non licebat illi.

Verum (inquit Aversa q. 3. sect. 4. §. Ex his) hoc neque invenitur in antiquis historiis & Patribus: neque consonat verbis Apostoli, qui prohibebat & turpe censebat mulieres loqui in Ecclesia, etiam ad interrogandum, quantum magis ad homilias legendas. Hæc ille.

25. An mulieres possint legere homilias ad Matutinas. Aversa.

Sed contrarium patet ex quotidiana praxi. Apostolus intelligendus venit de locutione & interrogatione quasi auctoritativa, ex aliqua superioritate inter viros, ut patet ex dictis sup.

An autem Concilium illud per Diaconissam intellexerit Abbatisam, & per ministerium lectionem homiliarum vel Evangelii, nihil non constat; neque est necessitas sic intelligendi, sed de his intelligi possunt illa verba Concilii, de quibus loquitur Epiphanius Hæresi 79. ibi: Et ministrarum quidem Diaconissarum appellatarum Ordo est in Ecclesia, sed non ad sacrificandum, neque ut quidquam aggredi permittantur; verum reverentia gratia mulieris generis, aut propter horam balnei, aut visitationis, affectionis aut laboris. Et quando nudatum fuerit corpus mulieris, ut ne à viris sacrificantibus conspiciatur, sed à ministrante muliere, cui præcipitur à Sacerdote ut curam gerat ad tempus indigentis mulieris, in tempore denudationis corporis ipsius, ita ut ordo bona discipline & Ecclesiasticae bonæ constitutionis valde scientiæ munitus sit in mensura regula.

Non est necessitas sic intelligendi Conc. Calced.

Epiphanius.

Ubi notandum est primò, illis verbis: Sed non ad sacrificandum, neque ut quidquam aggredi permittantur, denotare voluisse Epiphaniam, Ordinem Diaconissarum non esse ad sacrificandum, aut aliquid per se ipsas perficiendum, videlicet ad aliquod perficiendum mysterium, sicut Sacerdos Sacramentum perficere dicitur; sed tantum ad ea, quæ ipsis commissa fuerint exequenda: nam paulò inferiùs de Diaconis subdit: Nam neque Diaconis in Ecclesia creditum est, ut aliquid mysterium perficerent, sed solum ut ministrarent, & exequantur commissa.

26. Ordo Diaconissarum non est ad sacrificandum.



Quod fuerit eorum ministerium ex Epiphania.

Notandum 2. ministerium, quod ibi assignat, erat, curam gerere ad tempus indigentium mulierum, ut si propter aliquam aegritudinem illarum, aut necessitatem, quæ indigentibus non raro accidit, aliquando esset opus balneo, aut earum corpus inspicere & visitari oporteret, Diaconissæ assisterent, neque opus esset virorum adiumento, ut ne ab ipsis Sacerdotibus corpora mulierum nuda aspicerentur. Quod utique ministerium religiosis feminis valde erat conveniens, cum opus esset pietatis & misericordiæ erga indigentes & pauperes, quæ eo remedio indigebant, neque à viris etiam religiosis decens erat in ea occasione exhiberi.

Cur autem Epiphanius non meminerit aliorum ministeriorum, quæ enumerat Clemens in Constitutionibus, forte quia tempore ipsius apud Græcos non erant in usu. Placet interim ea ministeria hæc subscribere.

27. *Varia ministeria ex Clemente Rom. Primum.*  
Primum habetur lib. 2. cap. 26. aliàs 30. ibi: *Diaconissam verò honorate, ut representet vobis Spiritum sanctum, nihilve ea agat aut loquatur absque Diacono, sicut neque Spiritus sanctus quodquam privatum agit aut loquitur, quin potius ad honorem Christi voluntatem eius spectat. Et ut non contingit credere in Christum, sine doctrina Spiritus sancti, sic ad Diaconum aut Episcopum nulla mulier sine Diaconissa accedat. Igitur munus Diaconissarum erat, instruere alias mulieres, easque ad Episcopum alloquendum adeuntes comitari.*

Secundum. Aliud officium attribuit eis Clemens eodem lib. c. 57. aliàs 61. ibi: *Ianitores stent ad introitus virorum custodiendi causa, Diaconissæ verò ad mulierum, utriusque inflat eorum qui in navi recensent vectores; in tabernaculo enim testimonii, & in templo Dei eadem ratio & forma observabatur.*

28. *Tertium.*  
Tertium officium refert lib. 3. c. 15. hisce verbis: *Eliges quoque Diaconissam fidelem & sanctam ad ministrandum mulieribus. Evadere enim solet aliquando in quibusdam domibus, ut non possis propter infideles mittere Diaconum ad mulieres, mittere verò possis Diaconissam propter cogitationes improborum; ad multa enim indigemus Diaconissâ; ac primum quidem cum mulieres baptizantur, utget quidem eis Diaconus frontem tantum oleo sancto; post eum verò illinet eas Diaconissa. Non enim opus est, ut viri inspiciant feminas.*

Quartum. Quartum eodem lib. cap. 16. Tu igitur Episcopo ad exemplum illud unges oleo sancto caput eorum, qui baptizantur &c. Ac virum quidem suscipiet Diaconus, mulierem verò Diaconissa, ut honeste, & à quibus decet, fiat signum infractum.

29. Ex quibus omnibus patet, nullas mulieres sive virgines, sive viduas, ullo umquam tempore in Latina aut Græca Ecclesia ita fuisse ordinatas seu deputatas in Episcopissas, ut alias etiam ordinare possent, aut munus aliquod proprium exercere; similiter in Presbyteras, ut offerre possent Sacrificium, absolvere à peccatis &c. neque in Diaconissas aut Subdiaconissas, Acolythas, Oltiaras &c. ad munus ali-

quod proprium Diaconorum, Subdiaconorum &c. exercendum.

Nam quod supra ex Clemente dicitur, quod consueverint prædictæ Diaconissæ stare ad portas templi, per quas mulieres ingrediebantur, factis non est, ut dicamus eas fuisse ordinatas Oltiaras; nam illis non erat demandata custodia templi, sicut Oltiaris, sed adjuvabant in hoc Oltiaros, pro ipsis stando ad portas illas; quia id magis honestum videbatur. Quod verò attinet ad repellendum indignas & excommunicatas, existimo cum Valquez supra in fine cap. potestatem ex Ordinatione penes Diaconissas non fuisse, licet ipsæ monere possent & deberent Oltiaros.

Cæterum quis non videt, planè conveniens fuisse, ut ad prædicta ministeria sive in templo, sive extra templum eligerentur mulieres prædictæ, non detrahentes, sobriæ, fideles in conversationibus? Audiamus Clement. lib. 6. Const. c. 19. in fine: *Diaconissa, inquit, eligatur virgo pudica; si autem non fuerit virgo, sit saltem vidua, quam nupserit & fidelis atque honorata sit. Ergo non virgines, quam viduas eligebantur.*

Et verò unam ex Diaconissis fuisse Phœben (virgo, an vidua fuerit, non legitur) quam commendat Apostolus ad Rom. 16. v. 1. opprobrio credibile est.

Hæc autem Diaconissæ benedictione aliquali & ceremoniâ ordinabantur, ut constat ex aliis prædictis ex lib. 8. Const. Clement. cap. 19. aliàs 26. quæ tamen benedictio, uti & ipsius nomen Diaconissarum, jam pridem ex fidei cœtu sublata sunt; quamvis adhuc in Pontificali habeatur, & in praxi retineatur, benedictio & consecratio quedam virginum, uti etiam benedictio & coronatio Reginæ.

Et sicut olim vidua, non minus sexagenariorum, secundum Apostolum 1. Tim. 4. quæ fuerat unius viri uxor, cooptabatur in eundem seu statum vidualem, sine alia specialis benedictione seu consecratione, præmissis tantum voto continentie; ita hodie instituitur in eundem religiosus ac professionis solemnis, tam pro feminis, quam pro viris virginibus, cooptatis, & viduis; & Moniales quoque gaudent immunitate fori & canonis, sicut Clerici & Monachi; sed hæc omnia sunt prolixius dicta ab omnibus Ordinibus, ut patet.

Quæris à me, unde constet, quod olim fuerit gradus seu status viduarum, distinctus à Diaconissis? Respondeo ex Clement. lib. 8. Constit. ubi postquam c. 19. & 20. aliàs 26. & 27. descripsit Ordinationem seu benedictionem Diaconissæ, cap. 25. aliàs 31. refert constitutionem Thaddæi de viduis, hisce verbis: *Et ego Lebbaus cognomento Thaddæus hæc de viduis constituo: Vidua non ordinatur, sed si iam diu verum amiserit & castè & laudatè vixerit, & domesticarum diligentem curam habuit, ut honestissime illa & purissima summa Iudith & Anna, cooptaret in gratiam*



vidualem. Sin verò paulò ante virum amisit, nec ei credatur, sed potius adolescentia tempore disjunctur; aliquando enim passionibus cum hominibus consensuerunt, nisi fortiori frano cohibeamur.

Item eodem lib. c. 7. sub finem ait: Viduas igitur oportet esse honestas, graves, obedientes Episcopis, Presbyteris, Diaconis, ad huc etiam Diaconissis. Ubi planè distinguit viduas à Diaconissis, neque enim sibi ipsis obedientes esse poterant.

33. De talibus viduis loquitur Apost. 1. Timot. 5. & Clem. Rom. l. 3. Concl. c. 1.

Atque de his viduis loquitur Apostolus 1. Tim. 5. v. 9. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor. Et Clemens lib. 3. Concl. cap. 4. Viduas verò constituit non minoris ætatis, quam annorum sexaginta. Et rationem adjungit: Vt quodammodo propter ætatem ipsam pro rato & stabili habeamus, carere eas suspitione nubendi iterum. Si verò adolescentiorem in gradu viduali constitueritis, & viduitatem in adolescentia non ferens nupsit, gloriam gradus vidualis dedecorabit, rationemq; Deo reddet, non quidem quia iterum nupsit, sed quia promissionem suam non servavit, quæ quasi habenas quasdam Christo dirupit, quia non venit cum fide & metu Dei ad servandam promissionem. Quocirca oportet non temerè, neque inconsideratè promissionem (continentiæ) facere, sed ratiè; melius est enim ei non fecisse votum, quam fecisse & non reddere.

Hinc Apostolus supra v. 11. & 12. Adolescentiores autem viduas devota. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt; habentes damnationem, quia primam fidem (puta votum continentie) irritam fecerunt.

34. De duplici motivo fuerat electio illatum.

Porto ex duplici motivo fiebat electio illatum viduarum. Primum ad hoc, ut in rebus temporalibus ministrarent & intervirent: de quo ministerio legitur Act. 6. v. 1. In diebus autem illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Grecorum adversus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano vidua eorum. Secundum è converso, ut iis per pietatem Ecclesiæ subveniretur de providentibus & elemosynis communibus. Unde dicit Apostolus supra v. 16. Si quis fidelis habet viduas, ministrat illis, & non gravetur Ecclesiæ, ut iis, quæ verè viduæ sunt (id est, penitus desolata) sufficere possit.

Quæ cum ita sint, liquidd constat, argumenta Hereticorum, supra ex Apostolo desumpta, nullius esse momenti; ac proinde propter ea, & alia similia, nullatenus esse recedendum à sententia communi Catholicorum, quæ negat mulieribus capacitem, non solum licitè & honorè, sed etiam validè suscipiendi aliquem Ordinem propriè dictum; immo nec Tonsuram, etsi non sit Ordo propriè dictus. Solut itaque vir est capax.

Sed nunquid omnis vir? Hæc est secunda quæstio, pro qua instituitur

CONCLUSIO III.

Omnis Vir jure divino est capax Sacramenti Ordinis.

Intelligo Conclusionem etiam de Hermaphrodito, id est, habente utriusque sexum, si tamen virilis sexus in eo prævaleat; tunc enim simpliciter est, & denominatur vir, quàmvis alioquin propter irregularitatem, aut cerè propter nimiam indecentiam, absque dispensatione illicitè ordinaretur. Sin autem prævaleat sexus fœmineus, cum tunc non vir, sed simpliciter sit & denominetur fœminas, etiam invalidè ordinaretur juxta Conclusionem præcedentem.

35. An Hermaphroditus sit capax Ordinis.

Quid ergo, inquis, si sexus sit æqualis, id est, si possit utroque uti? Respondeo; sequitur conditionem infirmioris sexus, est etiam magis inclinatur ad usum sexus virilis. Ratio; quia simpliciter non est vir.

Quæris rursum; quid si prævalerit sexus virilis, quando fuit ordinatus, & postea mutetur? Respondeo; non amittere characterem; quem semel suscepit; quia indelebilis est, ut patet ex dictis proprio loco.

Quod principaliter hic quæritur est; an infans ante usum rationis (& eadem est ratio de perpetuo amente) validè ordinetur, etiam absque consensu parentum, aut eorum, qui loco parentum, ejus curam gerunt?

36. An infans valide ordinetur.

Affirmat Doctor Subt. 4. dist. 25. q. 2. n. 3. ibi: De tertio modo non posse (scilicet validè) dico; quod istud non invenitur in puero, & hoc respectu cuiuscunque Ordinis, etiam facti, quia potestas exequendi aliquem actum, vel gradus, quo quis potest illum actum exercere, potest duratione præcedere actum illum, vel potentiam propinquam ad actum illum: Ordo non est nisi gradus disponens ad ministrandum in determinato gradu Ecclesiastico; ergo ille potest competere, antequam solutus impedimentis sit in potentia propinquæ ad exercendum illum actum: Nè ibi requiritur consensus ad impressionem characteris, sicut nec in minoribus Ordinibus. Ita Scotus & alii Doctores communiter.

Affirmat Scotus.

Excipio Durandum 4. dist. 25. qu. 2. nu. 8. ubi generaliter docet, solos adultos, id est, rationis compotes, exclusis infantibus, posse validè ordinari; Petrus Soto de Instir. Sacerd. lect. 5. de Ord. qui dubitat de majoribus Ordinibus; & Paludanum 4. dist. 25. qu. 3. ubi licet admittat infantes posse validè ordinari, non tamen absque consensu parentum, sicut & hunc consensum dixerat necessarium ad validitatem Baptismi.

37. Negat Durandum.

Petrus Soto dubitat de majoribus & Palud autem requirit consensum parentum.

Sed, sicut hoc falsum ostendimus suo loco, ita & illud falsum esse non dubitamus; cum neque ex Scriptura, neque ex Conc. & SS. Patribus,



tribus, neque ex ratione evidenter probetur illa necessitas; quæ tamen sine tali probatione non est asserenda contra torrentem Doctorum; ex quo optimè colligitur voluntas Christi, quæ est ratio à priori, quare hoc vel illud sit necessarium ad valorem alicujus Sacramenti.

Et sanè est jure divino voluntas parvulorum foret commissa voluntati parentum aut Curatorum, quantum ad Baptismum, utpote Sacramentum necessarium ad salutem, quæ salus videtur commissa voluntati parentum & Curatorum; non tamen propterea deberet videri etiam commissa, quod attinet ad Ordines, qui non sunt ullatenus necessarii ad salutem recipientium; ac proinde pro voluntate parvulorum, non sufficeret voluntas parentum aut Curatorum ad veram Ordinationem.

Itaque quod neque voluntas parvuli, neque voluntas parentum aut Curatorum, sit necessaria necessitate Sacramenti; probatur imprimis exemplo aliorum Sacramentorum Baptismi, Confirmationis, & Eucharistiæ, quæ validè, immo fructuosè recipiuntur à parvulo absque consensu proprio, cujus incapaces sunt, aut parentum vel Curatorum; quin positivè invititis parentibus aut Curatoribus, accedente solo consensu Ecclesiæ in suo ministro, applicante materiam & formam Sacramenti, cum debita intentione. Ita communiter Doctores. Cur ergo non poterit similiter, non solum validè, sed etiam fructuosè recipere Sacramentum Ordinis?

Quod enim non possit recipere validè Extremam Unctionem, disparitas in promptu est; quia qui non peccavit actualiter, non potest recipere remissionem peccati actualis, quæ tamen remissio significatur per formam, ut patet ex dictis Disputatione præcedenti Sec. 2. Concl. 3. & Sect. 3. Concl. 5. ubi longè & latè hanc rem discussimus.

Igitur quod parvulus non possit recipere validè Extremam Unctionem, non est præcisè defectu consensûs, sed defectu formæ. Similiter, quod non possit recipere Sacramentum Pœnitentiæ; nam & ejus forma significat remissionem peccati actualis; ut omittam, quasi materiam esse actus pœnitentis, puta Contritionem, Confessionem & Satisfactionem, qui actus repugnant statui infantis. De Sacramento matrimonii non est quod disputemus; quia ipsi contrahentes sunt ministri, in quibus proinde requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia, cujus intentionis parvuli sunt incapaces.

Porro impræsentiarum parvulus solum est suscipiens, neque est repugnantia aliqua ex parte materiæ aut formæ: quia ut contactus physicus instrumentorum foret necessarius, hujus capax est parvulus, & verè dici potest ei: *Accipe potestatem* &c. quia, ut ait Doctor Seraphicus 4. dist. 25. a. 2. q. 2. ad 2. *Ille oblatio significat magis imperium & potestatem dantis, quam*

*executionem suscipientis. Unde illius non tantum est offerre, sed conferre. Ac si dicat: verbum illud non denotat acceptionem recipientis, quæ est executio ex parte illius, cui aliquid offertur; neque tantum oblationem ex parte ministris, quæ postulat acceptionem ex parte ejus, cui fit oblatio, sed veram traditionem ex vi potestatis offerentis.*

Denotat igitur hoc verbum certum effectum ejus, quod traditur seu certam vim & infallibilem efficaciam conferendi potestatem & gratiam proportionatam. Sicut Luc. 17. v. 6. dicitur: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori mero: eradicare & transplantare in mare. Quo verbo denotatur certa virtus fidei ad eum effectum. Nam sequitur: Et obedite vobis. Satis ergo est, quod recipiens Ordines accipit ulum rationis, se habeat ut passum.*

Et verò simili modo in ceremoniis, quæ præcedunt Baptismum, Sacerdos cum parvulo catechumeno sapiens loquitur per idem verbum imperativi modi; non quod supponat ipsum aliquid intelligere, sed ut denotet efficaciam verbi, ibi: *Accipe signum crucis Domini nostri Iesu Christi* &c. Et iterum: *Accipe sal Sapientia* &c. Ac rursum ad aurem catechumeni, *Epistola* quæ est *ad aperire*.

Quin immo de facto potest parvulus condecorari validè hac formâ Græcorum: *Signatum domi Spiritus sancti, supple, donatur tibi. Accipe etiam potuisset à Christo institui similis forma Baptismi; v. g. Accipe chat ad eum Christiani hominis, qui tamen adhuc potuisset ministrari in rem Christiani hominis.*

Nonne infans posset creari Rex hinc verò *Accipe potestatem regendi* &c. Non est dubium, quia solum significant collationem potestatis. Ergo similiter impræsentiarum potestatis creari Sacerdos per illa verba: *Accipe potestatem* &c. quia sensus est: *Confero tibi potestatem* &c. cujus potestatis infans est capax ante ulum ordinationis non minus, quam potestatis Regis.

Unde sicuti non est absurdum, quod infans ante ulum rationis sit Rex, ut patet in Carlo II. Rege Hispaniarum, qui dum hæc scribitur, scilicet anno 1665. ingressus est annum quintum ætatis; ita etiam non est absurdum, quod infans ante ulum rationis sit verus Sacerdos, imo verus Episcopus, scilicet quo ad potestatem Ordinis: quàmvis absurdum foret, quod infans, Sacerdos aut Episcopus, consecraret aut ordinaret; quia ad hos actus exercendos requiritur intentio faciendi, quod facit Ecclesia, cujus intentionis infans ante ulum rationis non est capax, quàmvis sit capax ipsius potestatis. Quia (ut bene Scotus supra) potest componere alicui gradus eminentis in Ecclesia, antequam solutus impedimentis sit in potentia propinquus ad exercendum actum illius gradus.

Quod probè intelligens Innocentius III. cap.

38.  
Sententia  
Scoti probat  
exemplo aliorum  
Sacramen-  
torum.

39.  
Disparitas  
inter Extr.  
Unctionem  
& Ordines.

Item inter  
Ordines &  
Sacramen-  
ta Pœnit.  
& Matrimo-  
nii.

D. Bonav.



cap. unico de Clerico per saltum promotus, non mandat collationem Ordinum inferiorum, de quorum receptione infra annos discretionis satis constabat, sed tantum collationem Diaconatus, de cuius receptione dubitabatur. Subscribo verba textus: *Tua littera continebant, quod (sicut ex relatione quorundam receperas) Presbyter, Diaconatus Ordine pratermissis, se fecit ad Sacerdotii Ordinem promoveri. Ipse tibi quoque secretis confessus est, se pro certo nescire, si res taliter se haberet, sed ex quo boni viri hoc assererant, inter quos fuerat conversatus, credebat assertum eorum, eo quod tempore, quo Ordines inferiores susceperat, infra annos discretionis fuerat constitutus: Et infra:*

Mandamus quatenus condignam penitentiam probui, modi negligentia inungas eidem: quia peracta (quia non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur) ipsum in Diaconum ordinare procures: Et sic de misericordia eandem ministrare permittas in Ordine Sacerdotis.

43. Ubi Glossa, verb. Discretionis, docet communem sententiam, dicens: *Infra annos discretionis bene recipi quis sacros Ordines, licet conferri non debeant; & qui ordinaverit puniri debet, & ordinatio interdicenda est executioni usque ad aetatem legitimam.* Unde miror, Aliquos hoc jus velle explicare de minoribus tantum Ordinibus, cum per ly Ordines inferiores, scilicet Diaconatu, ut patet ex litera, etiam Subdiaconatus commodissime possit intelligi, prout à Glossa jam citata intelligitur.

Et sane si infans possit suscipere minores Ordines, cur non etiam maiores? Nam ratio Sacramenti eadem est, id est, etiam minores Ordines, secundum communem sententiam, sunt vera Sacramenta, & simili forma verborum: *Accipe &c.* conferuntur, ac aliunde infans tam impotens est exercere actus minorum Ordinum, quam majorum, cum tempore autem fiet potens exercere tam actus majorum Ordinum, quam minorum. Si ergo illa potentia remota sufficit ad capacitatem minorum Ordinum, cur non etiam ad capacitatem majorum?

44. Ad illud quod obicitur de usu (inquit Doctor Seraphicus supra ad 3.) dicens, quod est non habeat statim usum, quia tamen speratur aliquando habere, non frustra datur Sacramentum, sicut etiam datur Sacerdotium ei, qui longè post differri celebrare.

Alia obiectio. Et si obijcias contra valorem etiam minorum Ordinum: Si quis offerret potestatem recusanti, non esset ibi potestatis susceptio, quoniam sicut se habet collatio ad voluntatem dantis, ita susceptio ad voluntatem suscipientis; ergo si dans non det, nisi velit & intendat, suscipiens non suscipit, nisi velit & intendat.

Respondet ibidem D. Bonaventura ad 4. *Quod hic est sophisma consequentis; recusans non recipit: ergo oportet, quod recipiens consentiat; quia*

medium est inter recusantem omnino, & consentientem; scilicet nec positivè recusans, nec positivè consentiens, quod maxime locum habet in parvulis, qui sunt incapaces consensûs & dissensûs.

Interim hic Auctor eadem qu. in corp, ita scribit: *Ad Episcopatum namque quomam ibi contrahitur matrimonium spirituale, necessariò requiritur consensûs, si è quo non fit matrimonium nec spirituale, nec corporale, ut infra videbitur: ac per hoc necessariò requiritur usus rationis & discretionis de necessitate Sacramenti, licet multa alia requirantur de necessitate scilicet precepti. Ad Ordines vero sacros requiritur rationis usus de necessitate precepti, pro eo, quod ad illos Ordines non debent admitti, nisi qui possunt ad continentiam obligari: & ideo qui ordines scienter eos, qui non possunt obligari, quia ratione carent, faciunt contra statutum & preceptum Ecclesie: & ideo si tales ordinantur exterius, characterem recipiunt de facto, quia non contradicunt, quamvis non consentiant. Hæc ille.*

Ego autem dico; eandem esse rationem Episcopatus, in quantum est Ordo propriè dictus, quæ Sacerdotii & aliorum Ordinum, ut communius docent Auctores, quare etiam sententiam insinuat Glossa supra eodem verbo, immediatè subjungens: *Licet secus sit in matrimonio carnali (scilicet quod non valeat) nisi malitia suppleat aetatem, supra de Depon. in p. b. De illis, & cap. ult. sic non est semper similitudo inter carnale matrimonium & spirituale.*

Admitto itaque in electione, confirmatione, & consecratione Episcopi ad aliquam Ecclesiam, matrimonium spirituale cum ea iniiri, & consummari, ut clarissimis verbis post alios Pontifices docet Innocent 3. cap. *Inter corporalia*, de Transl. Episc. dicens: *Cum ergo fortius sit spirituale vinculum, quam carnale, dubitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale coniugium, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, suo tantum iudicio reservaverit dissolvendum, qui dissolutionem etiam carnalis coniugii, quod est inter virum & feminam, suo tantum iudicio reservavit, præcipiens, ut quos Deus coniunxit, homo non separet.*

Quamvis, inquam, hoc ita sit, equidem dico cum Glossa, non semper esse similitudinem inter matrimonium carnale & spirituale; nam matrimonium carnale consummatum, ob nullam causam solvitur quoad vinculum ab hominibus, etiam summis Pontificibus; cum tamen matrimonium spirituale ex multis causis dissolvatur, ut patet quotidiana experientia.

Proinde responderi possit ad rationem D. Bonaventuræ; licet matrimonium carnale non possit validè contrahi ab infante ante usum rationis, defectu consensûs infantis, qui est partialis essentia istius contractus, posse tamen validè contrahi matrimonium spirituale, si hoc nihil aliud sit, quam electio confirmatio, & consecratio Episcopi.

Quod autem illius electionis, confirmationis & consecrationis, totalis vel partialis essentia sit

45. Sententia D. Bonav. ad Episcopatum requiritur consensum de necessitate Sacramenti.

46. Communior sententia docet oppositum.

cap. 2. de Transl. Episc.

47. Resp. ad rationem D. Bonav.



fit consensus ejus, qui eligitur, confirmatur & consecratur, unde constat?

Et præterea, ut supra diximus, maxima quoad hoc est disparitas inter Matrimonium & Ordinem; quod videlicet contrahentes Matrimonium, ipsi sint ministri Sacramenti, ac proinde ad minus debeant habere intentionem virtutalem faciendi, quod facit Ecclesia, cujus intentionis infans est incapax. At verò infans, qui eligeretur, confirmaretur & consecraretur Episcopus, solum susciperet Sacramentum, & nullatenus administraret.

48. **Objectio.** Si dixeris; Matrimonium spirituale non est nuda electio, confirmatio & consecratio; sed insuper obligatio regendi Ecclesiam, ad quam Episcopus consecratur, quæ obligatio essentialiter requirit consensum Episcopi.

**Diluitur.**

Respondeo; requirit omnino, & ideo infans, qui consecraretur Episcopus, non contraheret illam obligationem, sicut nec infans, qui ordinaretur Sacerdos, contraheret obligationem continentiam, ut infra suo loco dicitur, nisi, accedente usu rationis, ratificaret suam Ordinationem. Et proinde si nihil aliud velit Doctor Seraphicus, quam infantem non contrahere istam obligationem, sine qua non videtur Episcopatus esse Matrimonium spirituale, libenter ei subscribimus.

49. **Obligatio regendi Ecclesiam non est essentialis consecrationi Episcopali.** *Clem. Rom.* Interim contendimus, illam obligationem non esse essentialem consecrationi Episcopali, ita ut aliquis posset consecrari Episcopus valide, quamvis illicite, absque ulla Ecclesia, & per consequens absque illa obligatione.

Quod videtur probari ex Clement. lib. 7.º Conf. cap. 41. aliàs 46. ubi ait: *Linum Claudii filium Ecclesie Romanorum Episcopum primum à Paulo ordinatum, post mortem verò Linii, Clementem, quem ego Petrus secundum ordinavi.* Ergo vivente adhuc Petro, Linus & Clemens erant ordinati Episcopi non proprie ad Ecclesiam Romanam, quia Petrus erat Episcopus illius Ecclesie, & ejusdem Ecclesie non possunt esse duo Episcopi, neque ad aliam Ecclesiam; quia ejus non fit mentio; igitur absque ulla Ecclesia ad hunc tantum finem, ut Petro Romæ coadjutores essent.

50. **Occurrit objectioni.**

Nec obstat can. 6. Conc. Chalcedonensis ubi Ordinatio, facta sine titulo, non solum prohibetur, sed etiam dicitur vacua & invalida; quia non solum loquitur de Ordinatione Episcopi, sed etiam Presbyteri, aut Diaconi, immo cujuscumque, in aliquo gradu Ecclesiastico constituti; hæc quippe sunt verba textus: *Neminem absolvi (id est, sine titulo) ordinari iubemus Presbyterum, neque Diaconum, nec quemlibet in Ecclesiastica Ordinatione constitutum, nisi manifestè in Ecclesia sua civitatis, sive possessionis, aut in Martyrio, aut in Monasterio, hic qui ordinatur, mereatur Ordinationis publicæ vocabulum. Eos autem qui absolvi ordinantur, decrevit sancta Synodus vacuam habere manus impositionem, & nullum*

tale factum valere, ad iniuriam ipsius, qui eis ordinavit.

Et tamen constat apud omnes, Ordinationem Presbyteri aut Diaconi sine titulo, implicare characterem; ergo quod hic dicitur vacua & non valere, intelligendum est, non quoad impressionem characteris, sed quoad executionem. In præsentem autem tantum disputamus de impressione characteris. Igitur ex conjugio carnali, ad quod à principio requiritur consensus contrahentium, non efficitur argumentatur ad conjugium spirituale, quod inchoari posse videtur absque consensu utriusque partis, complendum postea, quando ordinatus in infantia, poterit de seipso deliberare, & amplecti liberè curam Ecclesie, ad quam ordinatus fuit.

Unde in tali Ordinatione non recipitur potestas in corpus mysticum, & cura parochialis perfectè & completè, sed solum inchoativè; simili ferè modo, quo in Ordinatione Sacerdotis accipitur jurisdictio in habitu, ut vocatur, seu inchoativè, si sic placeat loqui, postmodum complenda & perficienda per ejus fortitum concessionem. Et hæc tamen quidem de re, requisita ex jure divino. Pauca subjiciuntur ætate, requisita ex jure Ecclesiastico.

#### CONCLUSIO IV.

Iure novo Conc. Trident. ad Subdiaconatum requiritur annus 22. ad Diaconatum 23. ad Presbyteratum 25. Sufficiunt istis anni inchoati.

**O**rdinibus sacris, de quibus loquitur Conclusio, præmitto *Tonsuram* & *Ordines* minores Ordines; de quibus sic ait Doct. *Ang. 4. dist. 25. q. 2. a. 1. q. 2. Si necessitas ad id, spes profectus, ad minores Ordines possunt ante usum discretionis (id est, ante usum rationis) promovere sine peccato.*

Modò tamen (inquit Averl. q. 3. scilicet §. *Tertia*) statuendum est, sub obligatione præcepti cadere, ut non intirentur pueri ante usum rationis. Sic in Pontificali sub titulo de Ordinibus conferendis præscribitur, non ante septennium conferatur prima Tonsura. Et in Concilio Trident. sess. 23. de Refor. c. 4. cavetur, ut non intirentur pueri ante Tonsuram, qui fidei rudimenta edoceri non solent, & legere ac scribere nesciant. In jure etiam & usu antiquo idem supponebatur & servabatur. Hæc ille.

Sed ego ly *Non ante septennium*, intirentur pueri in Pontificali à Clement. 8. recitat, sed sequentia verba, ex Trident. delumina, loco jam citato: *Primam Tonsuram non intirentur*



Sacramentum Confirmationis non susceperit, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & scribere nesciant, & de quibus probabitur comedia non sit, eos non secularis iudicii fugiendi fraude, sed ut Deo fidelem cultum praesent, hoc vitæ genus elegerit.

Hinc qui ante septennium has condiciones habet, ex vi Pontificalis aut Concilii Tridentini nullatenus prohibetur suscipere Tonsuram. Interim quia ante illam ætatem communiter hæc condiciones non habentur, ideo fortè præfatus Auctor, præscriptum dixit à Pontificali septennium, ad conferendam primam Tonsuram.

54. Uti nec ex iure antiquo cap. 4. de Temp. Ord. in 6. Nullus Episcopus, 4. de Temp. Ord. in 6. Ita sancit: Nullus Episcopus, vel quis alius, infanti (nisi fortè Religionem intraret) seu illiterato clericalem præsumat conferre Tonsuram. Ubi Gloss. verb. Infanti, ait: Scilicet minori septem annorum. Septenni ergo potest conferre Tonsuram, 28. dist. De iis, & 77. dist. In singulis. Et facit supra de Elect. Ex eo. De Præbendis, Super inordinata. Et quod ibi notat Ioan. And. Hæc Gloss.

Sed tu nota: Pontificem non dicere simpliciter: Infanti, sed, Infanti seu illiterato; ut idem sit, Infans, quod, Illiteratus; sic enim videtur d. cap. intellexisse Tridentinum. Quamvis contrariam significet Auctor Summarii illius cap. distinguens inter infantem & illiteratum.

55. Credo itaque, quod si ante septennium foret literatus, postet ei conferri 1. Tonsura. Credo itaque, quod si ante septennium foret literatus, postet ei conferri 1. Tonsura. Credo itaque, quod si ante septennium foret literatus, postet ei conferri 1. Tonsura.

Jure ergo novo Trident. non reperitur aliqua ætas determinata pro suscipienda prima Tonsura, aut recipiendis minoribus Ordinibus, sed bene aliqua qualitas, quæ ordinariè postulat certam ætatem, puta septennium, immo novennium vel decennium. Et meritò ita statutum fuit; quia licet minores Ordines non obligent hominem ad continentiam, & ad permanendum in Clericali statu; tamen deputant suo modo ad divinum cultum & ministerium, quæ deputatio convenit, ut spontè & liberè eligatur & acceptetur, adeoque ut adfit plenus usus rationis.

56. Sed nunquid peccaret mortaliter, qui reciperet aut daret primam Tonsuram ante usum rationis? Affirmat Sanchez cap. 1. de Ordine dub. 33. n. 16. & probant ex cap. Nullus, Itam citato in fine: Qui vero contra fecerit (ut in usum ratio-

collatione Clericalis Tonsura duntaxat noverit se suspensum. Quæ pœna, inquit, non infligitur nisi pro culpa mortali.

Sed contrà; ex hoc tantum probatur, quod conferens peccet mortaliter; quia pœna ista solum conferentem concernit, ut clarum est. Alioquin quomodo potest suscipiens peccare mortaliter, cum ex supposito nondum utatur ratione, qui tamen usus requiritur ad peccatum mortale? Igitur recipiens ante usum rationis non peccat mortaliter, estò peccaret conferens.

Porro Glossa supra verb. Annum, per eum intelligit annum integrum & continuum; arguendo cap. Provida, 44. de Elect. in 6. in fine: Nos super hoc expressius providere volentes, consirmationes & consecrationes huiusmodi, & quoscunque processus alios, quos, inquisitione præmissa non habita, contigerit de cetero in talibus negotiis attentari: Decernimus nullus penitus existere firmatis, & confirmantes & consecrantes eisdem (ut in eo, in quo peccaverint puniantur) ab Episcoporum confirmatione ac consecratione per annum continuum ipso iure fore suspensos.

Sed quid si annus sit bissextus, nunquid in ultima die possit conferre Tonsuram? Possit alicui videri quod sic; quia cum sit pœna, non debet ampliari, sed potius restringi. Ita Gloss. in cap. Quasivit, 14. de Verb. signif. verb. Qui duo quasi pro uno reputantur. Ubi sic ait: Sed pone aliquem suspensum per annum, & est tunc annus bissextus, nunquid in ultima die possit celebrare? Videtur quod non: quia hi duo dies quasi pro uno reputantur; arg. hic & ff. eod. Cum bissextus & ff. de minor. Denique §. Minorem. Laur. dixit contra, arg. l. dicentis, quod si libertas tibi relicta est, si anno se venis, dies illa non computabitur in anno, sed tantum 365. dies ff. de stat. libe. Cum hæres, §. Stichus. & satis videtur, quia cum sit pœna non debet ampliari, sed potius restringi, de Pœnis. dist. 1. Pœna. Tan.

Hanc sententiam amplectitur Suarius de Censuris disput. 29. sect. 1. nu. 6. vocans eam communem. Et nu. 7. ad fundamentum oppositæ sententiæ respondet, duos illos dies anni bissextilis quasi pro uno reputari disjunctivè, non conjunctivè, id est, (juxta materiam de qua agebatur cap. Quasivit) ut in altero eorum possit festum S. Matthiæ celebrari, non verò, ut in uno & altero debeat festum illud celebrari, ac si essent unus tantum.

Et simili, inquit, modo, si alicui esset impositum onus jejunandi ultimo die Februarii, possit tunc in uno vel altero illorum dierum jejunare & implere obligationem, quia hoc modo pro uno reputatur: quia unus eorum tunc de facto est ultimus, alter verò est ultimus mensis ordinarii. Non verò teneretur ille jejunare utroque die, eò quod pro uno reputetur, quia hoc modo, scilicet conjunctim, non verè pro uno reputantur; nam reverà sunt duo

nis? Affirmat Sanchez, & probat ex cap. Nullus.

57. Per annum in illo iure Glois intelligit annum integrum & continuum. c. 44. de Elec. in 6.

Quid si annus sit bissextus?

58. Pœna quæ in ultima die conferretur vocat Suarius communem sententiam.



dies distincti, & in eis multiplicentur jejunia. Hæc ille.

59.  
Obiectio.

Et si inferas: ergo ei, qui per mensem Februarii suspensus est, licitum erit in eo mense bissextili non servare suspensionem die 28. sed 29.

Solvitur.

Respondet negando Consequentiam; quia hic aliquid speciale obstat, scilicet tempus ad suspensionem præscriptum debere esse continuum. Sicut etiam ob causam proportionalem, quàmvis illi dies pro uno computentur, non est licitum die 27. Februarii jejunare, & die 29. festum S. Matthæ celebrare, ut traditur in dicto cap. *Quæstiu*; quia obstat contiguitas, ut sic dicam, necessaria inter vigiliam & festum, inter quæ nunquam licet diem interponere, nisi dies dominica intercedat.

60.  
Alia obiectio.

Si urgeas; potest fieri, ut suspensio ab homine imponatur signatim pro futura mense Februarii, vel pro futuro anno, qui bissextilis est.

Solvitur.

Respondet: si satis constaret de mente præcipientis, scilicet cogitasse illum de anno bissextili, & advertisse talem esse eum, de quo loquitur, & voluisse pro toto illo suspendere, tunc certum est, ita esse servandam suspensionem; nam potest Judex ita obligare: unde si de ejus mente constet, non est dubium, quin obliget. At verò si de hoc nihil speciale constet, & aliâ verba sententiæ sint generalia unius anni, vel mensis, quàmvis dicatur, *Primi sequentis anni*, vel, *mensis*, juridicè erunt interpretanda juxta benigniorem sensum; ut scilicet sensus sit, de proximo anno sequente ordinario. Ita Suarez. Unde indubiè hæc sententia est probabilis, & rata in practi.

61.  
An qui, minores Ordines contulisset infanti ante usum rationis, nunquid etiam per annum suspensus foret à collatione minorum Ordinum?

Sequitur alia quæstio; quid si aliquis non solum Tonsuram, sed etiam minores Ordines contulisset infanti ante usum rationis, nunquid etiam per annum suspensus foret à collatione minorum Ordinum? Quippe Bonifacius tantum loquitur de prima Tonsura.

Sed, ut verum fatear, eadem, si non major, videtur ratio de minoribus Ordinibus. Hinc Gloss. in cap. *Nullus*, supra, verb. *Dumtaxat*. *Id est*, inquit, *tantummodo*. . . . *Et intelligo hoc verum, quando solam clericalem Tonsuram contulit: alias etiam in ulterioribus, quos contulit, punietur.*

62.  
Per praxim derogatum est constitutioni Zozimi Papæ.

Cæterum supposito usu rationis, qui per se loquendo censetur adesse completo septennio, & non priùs, non est præscriptus alius ætatis terminus ad clericalem Tonsuram & minores Ordines; ut patet ex communi praxi Ecclesiæ, per quam derogatum videtur Constitutioni Zozimi Papæ Epist. 1. cap. 3. ad Ilychium & refertur dist. 77. cap. 2. sequentis tenoris: *In singulis gradibus hæc tempora sunt observanda, si ab infantia ( id est, septimo anno; argumento leg. 18. Cod. de Jure delib. Si infans, id est, minori septem annis ) Ecclesiasticis ministris nomen dederit, ut inter Lectores & Exorcistas quin-*

quennio tenatur, exinde ( post 11. annos ) Acolythus, vel Subdiaconus 14. annis ( computatis à tempore septennii ) fiat, & sic ad benedictionem Diaconatus, si meretur, accedat: in quo Ordine quinquæ annis, si inculpate se gesserit, habere debet. Exinde suffragantibus stipendius per tot gradus datis propria fidei documentis, presbyterii Sacramentum poterit promereri: de quo loco ( si eum exaltat ad bonam vitam perduxerit ) summum Pontificatum sperare debet.

Huic, inquam, Constitutioni, & similibus, quæ eadem dist. refert Gratianus, derogatum videtur partim per contrariam consuetudinem, partim per novum jus Conc. Trident. quod, sicut vidimus, de ætate requisita ad primam Tonsuram, & minores Ordines, nihil determinavit; sed solum requisivit aliquas qualitates, quæ ordinariè requirunt septennium, immo sæpiùs non infans ante decennium.

Porro ad susceptionem majorum Ordinum, præter qualitates, de quibus infra, præscriptæ sunt certam ætatem scilicet, 23. de refor. c. 11. hæc forma verborum: *Nullus imperatorum ad diaconatus Ordinem ante 22. ad Diaconatus ante 24. ad Presbyteratus ante 25. ætatis annum promovetur.*

Atque eandem ætatem ad Presbyteratum priùs statuerat Clem. 5. cum Concil. Vienno. si in Clement. Generale. de Ætate & qualitate &c. ubi sic ait: *Generalem Ecclesiæ observantiam valentes antiquis iuribus in hac parte præferti: Dignumus ut ( alio non obstante impedimento canonico ) possit quis libere in decimo octavo ad Subdiaconatum, in vigesimo ad Diaconatus & in vigesimo quinquagesimo anno ad Presbyteratus Ordines promovari.*

Quia autem Mendicantes poterant per privilegio, concessio ab Innocentio 8. Religio Minorum, ut Generalis & Provincialis Capitulare possint cum Fratibus in 22. anno completo ad Sacerdotium, sicut habetur in Compendio privilegiorum Minorum tit. *Dispensatio*, n. 15. Hinc Concilium Tridentinum, volens derogare huic & similibus privilegiis, loco citato hæc verba subiungit: *Regulæ quæ nec in minori ætate . . . ordinantur, privilegio quibuscumque quoad hoc penitus exclusi.*

Et licet post prædictum decretum ( inquit Rodrig. to. 3. qq. Reg. q. 23. a. 6. ) summus Pontifex concesserit alicui Religioni, ut ante 25. annum possint ejus Religiosi ad Presbyteratus Ordinem ascendere; hoc tamen per Constitutionem Sixti 5. contra male promotum est revocatum: cum in ea præcipiatur observari Conc. Trident. ut constat ex ejus verbis: *Aut ante ætatem per sacri generalis Concilii Tridentini Decreta prima Tonsura, aut cuius Ordinis præscriptam. Et ibi: Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac in Concilio, etiam generalibus editis, ceterisque contrariis quibuscumque. Quam Sixti V. Constitutionem moderavit Clemens VIII. Romæ apud D. Petrum anno*



quam Clemens VIII. moderavit.

65. **Objectio.** Si dixeris; Pius 5. vivæ vocis Oraculo die 13. Martii anno 1566. concessit Minoribus, ut possint in foro conscientie uti omnibus gratis per suos antecessores sibi concessis, etiam iis quæ sunt revocata per Conc. Trident. Ergo Minores, & hi, qui eorum fruuntur privilegii adhuc modo possunt ordinari in foro conscientie sine peccato, & sine timore alicujus suspensionis, Ordine sacro Presbyteratus in 22. anno completo.

**Resp. Roa. Rodriguez.** Respondet Rodrig. suprà; qui talem opinionem ut probabilem imaginantur, non sunt in Constitutionibus Apostolicis versati. Si enim adverterent, quod post Pium 5. Sixtus 5. & Clemens 8. in prædictis Constitutionibus ordinarunt, quod quantum ad hoc, Concil. Tridentini decretum observaretur, *Non obstantibus quibuscumque*: clarè intelligerent, per hæc verba voluisse prædictos summos Pontifices, prædictum vivæ vocis Oraculum quoad hoc minimè locum habere; & sic in foro conscientie ante legitimam ætatem Regulares virtute privilegii Innocentii 8. minimè posse ordinari.

66. **Alia objectio.** Sed contrà, inquis; Sixtus 5. non loquitur de Regularibus, sed tantum de Clericis secularibus, ut patet ex his verbis: *Aut quoad seculares sine titulo sufficientis beneficii vel patrimonii, aut ante ætatem per sacri Generalis Conc. Trident. decreta &c.*

**Solutio Rodriguez.** Respondet Rodrig. suprà n. 8. etiam loqui de Regularibus. Quod ut explicet, adducit tenorem dictæ Constitutionis, qui talis est: *Præsenti Constitutione perpetuò statuimus & ordinamus, ut si imposterum Antistes aliqui Episcopali, Archiepiscopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, aut Abbas, ad primam tonsuram, minoreseque Ordines suis subditis conferendos, à Sede Apostolica auctoritatem habens, quemcumque secularem vel Regularem existentem, vel extra tempora à iure statuta, vel absque veris dimissoriis sui Ordinarii liseris, aut per saltum, aut furtivè, aut quoad seculares sine titulo sufficientis beneficii vel patrimonii, aut ante ætatem, per sacri Generalis Trident. Conc. decreta prima tonsuræ, aut cuique Ordini præscriptam, aut non servatis temporum intervitiis, ita ut aliquis uno die, seu continuatis diebus ad plures Ordines sacros, vel post unum Ordinem susceptum, sine causa rationabili ante tempus ab eodem Concilio Trident. præfixum elapsam, ad alium Ordinem promoveatur, sine dispensatione, aut indulto Apostolico clericali e characterè non legitime insigniverit, à collatione quorumcumque Ordinum eo ipso sit suspensus &c.*

Putat itaque Rodriguez, & meritò, illa verba: *Aut quoad seculares*, tantum limitari ad il-

los, qui sine titulo beneficii, aut sufficientis patrimonii ordinarerentur, secus qui ante ætatem &c. Et ratio est; quia Regulares ordinabantur tunc sine titulo beneficii, aut sufficientis patrimonii, & adhuc ordinantur; secus ante ætatem, aut non servatis Ordinum intervitiis, propter decreta Concilii Tridentini, quæ etiam absque dubio Regulares concernunt.

Cum ergo Sixtus illam Constitutionem ediderit, ut sacri Canones & decreta Concilii Trident. circa Ordinationes inviolabiliter observarentur, ut patet ex ejus verbis, ibi: *Ut quæ vel ex typo & figura veteris legis, vel aliàs ex multâ SS. Patrum providentiâ circa ordinandum natales, ætatem, viræ ac morum probitatem, sanctitatem, scientiam & alias qualitates in sacris Ordinationibus requisitas per sacros Canones vel Apostolicas constitutiones aut Generalium Conciliorum decreta salubriter instituta fuerunt; ea inviolatè observentur; planè dicendum est, sola illa verba: *Sine titulo sufficientis beneficii aut patrimonii*, ad seculares dumtaxat referri; sequentia autem, scilicet: *Aut ante ætatem &c.* etiam referri ad Regulares.*

Interim veritas doctrinæ communis non pendet ab illa Bulla, quam constat à Clem. 8. esse redactam ad terminos Concilii Trident. certum autem est, hoc Concilium, ubi præscribit certam ætatem singulis majoribus Ordinibus, eam præscribere tam secularibus, quàm Regularibus, ut suprà vidimus, cum expressa derogatione privilegiorum.

Tota ergo quæstio est; an illa privilegia sic derogata, sint restituta post Tridentinum per Pium 5. & maneat restituta pro foro conscientie. Partem affirmativam docet inter cæteros Rodrig. to. 1. qq. Reg. q. 8. a. 9. ubi dicit P. F. Alphonso de Veracruz in suo Speculo conjugatorum in fine refert vivæ vocis Oraculum Pii 5. sequentibus verbis: *Pontifex Pius 5. a. 1567. 13. die mensis Martii vivæ vocis Oraculo supplicanti ministro generali Minoritarum P. Aloisio de Puteo, cuius supplicationis tenor est: Supplicatur Sanctissimo Domino Pio Pape P. ut sua Sanctitas dignetur confirmare & concedere omnia privilegia quæcumque gratis etiam vivæ vocis oraculo concessas per bonæ memoriæ Paulum Papam IV. & alios Romanos Pontifices prædecessores Sanctitatis sue, cum singulis clausulis & decretis & derogationibus in eis contentis FF. Ordinis Minorum Reg. Obser. ita ut illis gaudere & uti possint toties quoties opus fuerit, & eis videbitur. Et quoad illa, quæ eis sunt restricta seu derogata per Concilium Trident. etiam uti possint in foro conscientie tantum. Et Pontifex dixit, fiat.*

Et hæc concessio refertur in Compendio Societatis tit. Concilium. Nec ista concessio fuit revocata per Gregorium 13. qui primo sui Pontificatus anno revocavit omnia concessa per Pium V. Ordinibus Mendicantibus contra decreta Concilii Trident. Nam respondeo; quod Gregorius 13. solum revocavit concessa à Pio quinto, in foro exteriori, ad evitandas lites & discordias.

67. **Finis Constitutionis Xistii V.**

68. **An privilegia Mendicantium sint restituta post Tridentinum per Pium 5. affirmat Rodriguez referens vivæ vocis oraculum hujus Pontificis ex Veracruz.**

69. **An sit revocatum per Greg. XIII.**



discordias, quæ inter Ecclesiasticos & Regulares ratione illorum privilegiorum fuerunt post Concilium Tridentinum exortæ. Et ita non revocavit vivæ vocis Oracula, quæ in foro conscientie tantum erant concessa, cum ex eis non oriantur discordiæ, quæ dictæ revocationis Gregorii XIII. causa finalis fuerunt. Quod clarè colliget, qui attentè legerit Constitutionem Gregorii XIII. in qua nullam summus Pontifex facit mentionem vivæ vocis Oraculi alicujus; sed tantum literarum Apostolicarum, & has solum revocat, in quantum contrariantur decretis Concilii Tridentini. Hucusque Rodriguez.

Bulla Gregorii XIII.

Legi attentè Constitutionem Gregorii XIII. quæ incipit: *In tanta rerum*, 9 apud Cherubinum, & §. 6. scriptum invenio: *Quoniam etiam solennius & auctorius omnia irritantia & alia decreta, nec non prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcumque alia ipsi literis & constitutionibus opposita, & alia & alias eorum occasione vel causa factis, his nostris statuto, ordinationi & reductioni aaverfantia, quibuscumque illa sint concepta formulis &c.* Jam verò (inquit Portel verb. *Privil. cessatio* n. 64.) Oraculum illud Pii V. est indultum satis repugnans illi ordinationi Gregorii, ac reductioni ad terminos juris communis.

Portel.

70. Arguitur contra Rodriguez.

Et contra Rodriguez potest argui ad hominem; si enim juxta illum possumus uti privilegii, de quibus est quæstio, in foro conscientie, tenetur fateri, posse hodie Regulares in foro conscientie ordinari ante ætatem à Tridentino assignatam, quod tamen ille negat, & bene. Ita Portel.

Dubitatur auctoritate, an bene.

Ego autem dubito, an istud argumentum contra Rodriguez bene concludat; quippe tamen Gregorius XIII. non revocasset, immo (ut testantur Cardinales Congregationis Concilii Tridentini.) Gregorius XIII. hæc privilegia Mendicantibus contra Concilium Tridentinum restituisse in foro conscientie; equidem responderi posset, postea à Sixto V. & Clemente VIII. fuisse revocata, uti Rodriguez supra to. 3. supponit.

71. Resp. Vasquez.

Deinde aliter respondet Vasquez disp. 246. c. 4. n. 44. Cum, inquit, nullus Regularis ordinari queat, nisi cum dimissoriis Provincialibus, & ille veritatem in iis exprimere debeat, non poterunt Religiosi hoc modo ordinari, etiam si Superior cum illis in literis dimissoriis dispenset, dicere enim non potest & testificari, illum habere legitimam ætatem aut competentem; ideo autem non potest Regularis virtute hujus privilegii sic ordinari, quia si veritate expressâ admitteretur, jam suffragaretur illi in foro exteriori, non tantum in interiori; veritate autem non expressâ, non potest suffragari, quia non intelligitur privilegium eo modo concessum, ut fallitas in literis contineatur.

Cæterum hoc privilegium ad hoc prodesse

poterit Regularibus, ut qui bonâ fide ante legitimam ætatem fuerit ordinatus, in Ordine sic suscepto ex concessione Provincialis, possit ministrare, in quo aliàs non posset, & hoc in foro dumtaxat interiori. Adde; quod si Superior cum eo dispensaret, ut ante legitimam ætatem ordinaretur, hæc dispensatio diceretur concessa in foro exteriori sui Prælati; cum illi juridicè & per testes de ætate constare deberet. Hæcenus Vasquez.

Sed quæro ego; unde probatur, quod Superior non possit dispensare, nisi juridicè & per testes ei constaret de ætate? Quare non sufficeret quæcumque alia scientia? Deinde, suppositâ legitimâ dispensatione Superioris, quare Superior non poterit dicere & testificari in literis dimissoriis, illum habere competentem ætatem? Siquidem tali casu competens ætas est annus 22. completus, qui revera subest.

Ut sit de hac responsione Vasquez, communis sententia est (à qua non licet recedere, & quæ ab omnibus practicatur) Regularem non posse ordinari ante ætatem à Concilio prescriptam, vi antiquorum privilegiorum, necessarium esse specialem dispensationem, ut Concilium Tridentinum est receptum. Ubiam non foret receptum, liceret uti præfatis privilegio.

Circa quod tamen sciendum, quod post mortem Innocentii VIII. fuit ordinatum in Capitulo Generali FF. Min. Florentini celebrato, id quod sequitur: *Insuper cum ad Ordinem Sa. erdotii non debeat quis ascendere facilius, nisi si suffragetur ætas & morum gravitas, deinceps non alio non dispensetur, ut Sacerdotis efficiatur, qui ætatis sue annos nondum attigerit, aut si aliquis necessitatis emergerit propter Sacerdotum paucitatem, saltem qui dispensaverit, consilium quatuor Generaliorum simul requirat, qui supra dispensandum negotium debeant arbitriari, quorum conscientia iurata, ut quod erit necessarium (pensatis adpropinquandis) ipsi consulant.*

Quod statutum moderatum fuit in Capitulo Generali Burgenfi cap. 1. Statutorum, ubi dicitur: *Ad Sacerdotium verò non promoveatur quis antequam 25. annum ætatis sue attigerit, & 5. annum compleverit in Religione; nisi Minister Provincialis consilio Discretorum aliter induaverit sacerdotum.* Cæterum post hæc scripta emanavit decretum Alex. VII. de die 18. Martii anno 1656. in quo, ad minus tamquam scandalosa, emanatur hæc propositio: *Regulares possunt in foro conscientie uti privilegii suis, quæ sunt expressè revocata per Conc. Tridentinum.*

Alia hæc movetur difficultas circa verbum Tridentinum. videlicet, an intelligenda sint de minoribus completis, an verò sufficiant anni inchoati, ut sensus sit: *Nullus imposterum ad Subdiaconatum Ordinem ante vigesimum secundum ætatis sue annum inchoatum promoveatur, & sic de reliquis.* Preterea hæc dicitur: *docet universales*



verfalis praxis Ecclesie, quæ optima est legum interpres.

Probatz pars negativa ex Navarro. Baldus. Alexander. Iafon. Bartolus.

Probatz insuper à Navarro Man. cap. 25. n. 116. quia licet regulariter tempus positum in accusativo intelligatur de perfecto, secundum communem, quam Baldus, Alexander & Iafon in l. Cui, ff. de Legat. 1. sequuntur, tamen contra tenet ibi Bartolus, cujus opinio sequenda est, secundum eosdem, quando concurrat aliqua alia conjectura intelligendi de cepto, puta favoris, qualis adest in proposito, & alia fortior, quod jus antiquum Clem. Generale de Etate, & qual. &c. solum requirebat ceptum, cui conciliandum est novum, quum id fieri possit: & alia utraque fortior, quod idem Concil. sess. 24. de refor. c. 12. habet, posse conferri beneficium curatum ei, qui attigit 25. annum, & eadem etas ad illud, & ad Presbyterium sufficit secundum omnes.

Tum, quia mens Concilii non fuit, mutare annum ceptum in completum, sed numerum, ita quod ut antea sufficiebat & requirebatur ad Subdiaconatum 18. annus, & ad Diaconatum 20. & ad Presbyterium 25. nunc requiratur ad Subdiaconatum 22. ad Diaconatum 23. & ad Presbyterium, sicut olim, 25. & ita potest hodie quis fieri Subdiaconus in 22. cepto & Diaconus in 23. cepto, & Presbyter in 25. cepto. Ita Navar. & alii communiter.

Sed nunquid sufficit annus inchoari eadem die Ordinationis? Plures affirmant, quamvis (inquit Averfa q. 3. sect. 8. §. Pro maioribus) contradicatur Sanchez c. 1. de Ord. dub. 33. n. 6.

Sed credo, Averfam non legisse Sanchez præptis oculis; alioquin non potuisset ignorare, Sanchez loqui de alio omnino casu; sic enim inquit: Sed nunquid in ultimo die, in quo adimpletur 24. annus potest quis ad Sacerdotium promoveri? Videtur enim posse, quia quod parum distat à re, parum vel nihil distare videtur, & parum pro nihilo est habendum, hic autem parum deficit, siquidem initio diei sequentis poterat ordinari, cum tunc ingrediatur 25. annum. Hec ille.

Ecce supponit communem sententiam, scilicet, posse ordinari eodem die, quo annus 25. inchoatur; & querit, an etiam die præcedenti, quando finitur annus 24. Respondet autem n. 6. nullo modo posse, & si ordinetur, inquit, incurreret omnes pœnas contra ordinatos ante legitimam etatem. Ratio; quia hic nullo modo attigit 25. annum, cum talis annus nullo modo sit ceptus: at etas Sacerdotii est 25. annus ceptus.

Nec obstat; quod parum pro nihilo reputatur, quia id habet verum, quando non inpendet tota impletio præcepti; v. g. brevissimum spatium est dimidietas Salutationis Angelicæ, & tamen si nocte Jovis, postquam immediate sonuit duodecima noctis hora, aliquis carnes comederet, peccaret mortaliter, &

tamen non peccaret, si ante talem horam, etiam si solum esset per dimidietatem temporis Salutationis Angelicæ manducaret. Sic tenet Navar. lib. 1. Conf. tit. 14. de Etate & qualitate &c. conf. 6. favet Henriquez lib. 7. de Indulg. c. 20. n. 2. in Comment. lit. O. ubi dicit non debere deesse diem. Hec ille.

Navar. tit. 14.

Henriq.

Et ego libenter subscribo huic sententiæ; interim adverto, neque Navar. loco citato eam tenere, neque Henriquez ei favere, hæc sunt verba Henriquez: Pro matrimonio censetur annus etatis 14. quamvis desint aliquot dies, aut menses, si malitia suppleat ætatem, sed pro Ordinibus sacris, aut beneficiis. Ubi, ut patet, non loquitur de defectu unius diei, sed aliquot dierum aut mensium.

77.

An illam sententiam doceant Navarrus & Henriq.

Porto Navarrus toto illo titulo hæc dumtaxat ad propositum nostrum ait Confil. 2. n. 1. Illud (beneficium curatum) requirit ætatem 25. annorum saltem ceptorum. An autem sufficiat inceptio moralis, an verò requiratur physica, ibi non disputat. Et Conf. 4. n. 2. Dignitas, inquit, habens jurisdictionem spiritualem prædictam fori contentiosæ, non potest conferri ei, qui 25. annum non attigerit. Physicè vel moraliter ibi non expressè resolvit.

Dico, ibi; quia resolvit tit. de Temp. Ord. Conf. 9. ubi sic ait: Ordo Presbyteratus requirit 24. annos completos: quia oportet ut attingat 25. juxta dictam Clement. quæ requirit, ut ordinandus ad Presbyterium sit constitutus in 25. anno, in quo non esset, etiam si esset constitutus in ultimo die 24. anni, quamvis diceretur esse 24. annorum, & ita differunt inter se, dicere, habet 24. annos completos, & dicere, excessit 24. annum.

78.

Ubi Navarrus canonicè doceat

Cæterum Sanchez supra n. 7. bene notat, quod si esset in principio sequentis diei, v. g. hodie impletur etas 24. annorum, post dimidiam noctem potest ordinari Sacerdos. Ratio, inquit, quia (ut docet Navar. eodem Conf. 6.) in favorabilibus dies ceptus habetur pro completo l. Quæ etate, ff. de Testam. Faciunt pro hac sententia Mandosius de Etate minori c. 14. n. 11. Panorm. cap. Attestantes, de Despons. im- puberum, ubi dicunt, quod licet requiratur septennium completum ad sponsalia, si tamen sunt in ultima die septennii, sat est, si ille sit inceptus. Patet hoc etiam, quia ille reverà jam dicitur attingisse 25. annum. Hec ille.

An videatur Panorm. tit. 11.

Sed sicuti supra erravit in citatione Navarrus, ita & hic hallucinatur, cum eodem Conf. 6. immo toto titulo nihil simile doceat. Interim patet, quod Sanchez malè citetur ab Averfa supra contra communem sententiam, cum eam hic in terminis doceat.

Itaque, ut ad alia progrediamur, sufficit secundum DD. communiter, quod annus præscriptus inchoetur eadem die Ordinationis, modo ante horam Ordinationis. Immo, secundum Aliquos, tamen si post horam Ordinationis.

79.

An annus præscriptus possit inchoari post horam Ordinationis.

K k k

Audia.

75. An sufficiat annus inchoari eadem die Ordinationis. Averfa. Sanchez.

76. Communis sententia affirmat. Non potest ordinari die præcedenti secundum Sanchez.

Occurrit obiectio.



Villalobos.

Audiamus Villalobos Sum. to. 1. tract. 11. Difficult. 11. n. 2. Sufficiunt, inquit, isti anni (suprà à Trid. præscripti) inchoati, secundum regulam communem, quæ dicit: Annus inceptus habetur pro completo, sicut dicunt communiter omnes; & constat ex praxi. Sed non sufficeret, si deficeret unus aut alter dies ad complendam ætatem secundum magis probabilem opinionem (etsi aliquibus videatur contrarium) quia reverà talis non est in anno incepto, & ita non habetur pro completo.

Magis accedit ad veritatem dicere, quòd in casu, quo deficit tantum medius dies, possit ordinari, prout dicit Ledesma 1. p. Sum. tit. de hoc Sacramento c. 7. Sed contrarium teneo pro magis certo secundum Navarrum lib. 1. Conf. Tit. de Temp. Ord. Conf. 9. quia ille, tametsi sit medius dies, & non plus, antequam intret istum annum, adhuc non est in isto anno, quòd est necessarium. Hæc ille.

Utraque sententia est probabilis. Diana.

Igitur utraque sententia est probabilis, ut docet Diana part. 2. tract. 2. Miscel. resol. 29. per consequens, qui manè recipit Ordinem, dum vesperi tantum inchoat ætatem præscriptam, non incidit in suspensionem, tamquam ordinatus ante legitimam ætatem. Consultitur autem ut non recipiat, quia id tætius est.

80. Ante legitimam ætatem ordinatus ipso facto manet suspensus ab Ordine sic suscepto ex Conf. Pii secundi, incipiente: Cum ex sacrorum, 7. apud Cherubinum, § 1. & 2. Subjicio verba Pontificis: Cum itaque (sicut dignorum relatione non nisi molestè accepimus) nonnulli Clericis extra tempora à iure statuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui verò sine dimissoriis literis contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros Ordines promoveri.

De cætero, si quis ante legitimam ætatem præsumperit suscipere Ordines sacros, manet ipso facto suspensus ab Ordine sic suscepto ex Conf. Pii secundi, incipiente: Cum ex sacrorum, 7. apud Cherubinum, § 1. & 2. Subjicio verba Pontificis: Cum itaque (sicut dignorum relatione non nisi molestè accepimus) nonnulli Clericis extra tempora à iure statuta, quidam ante ætatem legitimam, aliqui verò sine dimissoriis literis contra sanctiones canonicas se faciunt ad sacros Ordines promoveri.

Nos eorundem temeritatem, tali castigatione reprimentes, ut alius in posterum committendi similia aditus præcludatur, auctoritate Apostolicâ hæc constitutione perpetuo valiturâ, statuimus & ordinamus, quòd omnes & singuli, qui absque dispensatione canonica aut legitima licentia, sive extra tempora à iure statuta, sive ante ætatem legitimam, vel absque dimissoriis literis, etiam citramontani (præterquam si in hoc ultimo casu per cameram Apostolicam, iuxta illius stylum ordinati fuerint) ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoveri, à suorum Ordinum executione, ipso iure suspensi sint, & si huiusmodi suspensione durante, in iisdem Ordinibus ministrare præsumperint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea, ultra alias penas, in tales generaliter à iure inflictas, beneficiis Ecclesiasticis possint iure privari.

81. An etiam ab aliis Ordinibus. Aversa.

Et aliqui addunt (inquit Aversa suprà §. Quod si quis) etiam ab Ordinibus, antea in legitima ætate susceptis, ex alia Constitutione Sixti V. sed hoc non est necessarium, nec Constitutio Sixti est in robore. Hæc ille.

Et quamvis esset in robore, ex ea non magis probatur hæc suspensio, quam ex Bulla Pii Sec-

eundi eum eisdem terminis utatur, ut patet ex verbis Bullæ Sixti V. Sanctum & Salutare, 31. apud Cherubinum, §. 3. Et inbitionis Rel. record. Pij II. & aliorum Rom. Pontif. nostrorum Prædecessorum, qui per suas Constitutiones, ac in Cancellaria Apostolica publicatæ Regulæ, contra huiusmodi clericos male promotos, diversas penas inflixerunt, vestigijs inhaerentes, eosdem Clericos populi hæc male promotos ab executione, ministerio & exercitio Ordinum susceptorum, & ab omni spe & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensos declaramus.

Si hic per ly Ordinum susceptorum, intelligatur Ordines, etiam in legitima ætate suscepti, quidni similiter per ly Suorum Ordinum, in Bulla Pij II. Si autem in Bulla Pij II. tantum intelligantur Ordines, malè seu ante legitimam ætatem suscepti, quidni etiam in Bulla Sixti V. Non video disparitatem.

Quod verò ibidem ait Aversa: Episcopus scienter ordinans quempiam, eorundem debet ætate, incurrit ipso facto suspensionem eorundem Constitutione Pij II. clarè fallitum est, ut patet ex verbis suprà relatis, in quibus nulla fit mentio Episcopi ordinantis; uti neque in alijs verbis ejusdem Bullæ, ut patet in incipiente.

Fortè dicere voluit ex eadem Constitutione Sixti V. Et si hoc dixisset, verum dixisset. Sed hæc Constitutio reducta fuit per Clementem VIII. Bulla: Romanum, 40. apud Cherubinum, ad terminos Sacrorum Canonum, & dicitur Bullæ Pij II. & Conc. Trident. præterquam quoad simoniacè promotos & promovendos.

Interim quia hæc suspensio Pij II. est penaliter inflicta propter culpam, ut patet ex illius verbis: Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes; liquet profectò, quòd minoris reprimetur, qui bonâ fide ante legitimam ætatem ordinantur, immò non nisi ab illis curratur, qui peccant mortaliter, cum in pena gravis.

Et per consequens non fiunt irregulares, tametsi certiores facti de tali defectu, in ordine sic suscepto ministrant, celebrando Missam, cantando solemniter Evangelium, aut Epistolam. Patet; quia hæc irregularitas solum infligitur eis, qui censurâ ligati ministrant.

Sed nunquid saltem peccant? Commotio sententia, quæ & prædicatur, affirmat quod videlicet illa prohibitio Ecclesiæ, quæ imponitur susceptionem Ordinis ante talem ætatem, extenditur etiam ad exercitium Ordinis sic suscepti. Nihilominus Petrus de Ledesma in Sum. to. 1. de Sacram. Ord. c. 7. Concludit, si sic asserit: Non mihi videtur improbabile, si modo aliquo modo probabile, quòd in tali casu, ille sic ordinatus possit exercere officium Ordinis, quem recepit, tametsi non habeat legitimam ætatem.

Ista conclusio probatur auctoritate D. Navarri. Quæ sic confirmatur; quia ille nullum legitimum



legitimè ordinatus, habet jus exercendi officium talis Ordinis. Ergò si non peccavit, non potest privari illo jure, & in tali casu non peccavit; ergo non est privatus exercitio talis Ordinis. Secundùm hanc sententiam debemus dicere, quòd Concilium præcipiat non ordinari ante legitimam ætatem; verùm post Ordinationem nihil disponit Concilium, adeoque potest secundùm istam sententiam ministrare in suis officijs. Hec ille.

85. Pro qua adducitur Navarrus.

Rogas, ubi Navarrus hoc doceat? Non invenio alium locum, quàm lib. 1. Conf. tit. de Temp. Ord. conf. 8. ubi sic ait: Respondeo; quòd taliter ordinatus (scilicet ante legitimam ætatem bonâ fide, parentum testimonio credendo se eam habere) nullam incurrit suspensionem, & sanctè ac rectè celebrare potest, & celebravit per ea, quæ nos in hac specie diximus in Commentario cap. *Accepta*, de Restit. spoliat. Oppof. 8.

Probatio Navarrus.

Et probat hâc ratione; Quòd lex, quæ imponit pœnam præsumpti facere aliquid, non videtur imponere illam ei, qui bonâ fide, credens probabiliter se bene agere, facit illud iuxta doctrinam Card. receptam in Clement. 1. de Privileg. q. 38. Et Constitutio Pij 2. quæ imponit pœnam suspensionis ei, qui ordinatur ante legitimam ætatem, loquitur per verbum, *Præsumperit*, ponendo pœnam ei, qui præsumperit assumere Ordines sacros ante legitimam ætatem. Cùm ergò consulens, animo simplici & bonâ fide, credens illis, quibus iustum erat credere, id fecerit, non incurrit ullam pœnam, neque est cur scrupulis ob id angatur. Hucusque Navarrus.

Sed, pace ejus, dicta Constitutio non loquitur per verbum, *Præsumperit*, ponendo pœnam suspensionis, sed ponendo pœnam irregularitatis ei, qui suspensionem durante ministraverit in Ordinibus sic susceptis, ut patet ex verbis Bullæ suprâ relatis.

86. Non incurrit irregularitatem, qui bonâ fide ministrat in Ordine sic suscepto. ex Navar. vicio.

Et ideo bene docet idem Auctor in cap. *Accepta*, de Rest. spoliat. oppof. 8. n. 35. non incurrit irregularitatem, qui ordinatus ante legitimam ætatem etiam malâ fide, factâ pœnitentiâ illius malæ suspensionis, putans id jam sibi licere, in Ordine suscepto ministravit. Tum, inquit, quia pœna hæc irregularitatis solum imponitur ei, qui præsumperit ministrare: quoniam ei, qui inordinate ordinatur, alia pœna suspensionis ipso jure infligitur, & in imponenda pœna suspensionis non ponderatur præsumptio; in imponenda verò irregularitate scitum, quia frequenter bona fides excusat ab irregularitate, quæ tamen non excusat ab excommunicatione, juxta Glossam singularem, quæ penult. est cap. *Soles*, quæ habet, eum, qui bonâ fide putans, se iustam habere appellandi causam, appellat, & post appellationem excommunicatus celebravit, fidens suæ appellationi, esse quidem excommunicatum, si declaratur

malè appellasse: non esse tamen irregularem: tum, quia Panormitanus in cap. *Pastoralis*, §. *Verum*, de Appellat. col. 4. dicebat, irregularitatem esse pœnam contemptus: & ideo, eum, qui hescit se excommunicatum, si celebrat, non esse irregularem. Quod protul dubio verum est, de eo, qui probabiliter id ignorat: tum, quia Dominicus in cap. *Is cui*, §. 1. not. 1. de Sent. excoic. in 6. dixit, irregularitatem non contrahi sine dolo, ut latius scripsi in cap. *Cum contingat*, de Rescript. remèd. 2. n. 7. Hæc ille.

Panormitanus.

Sed neutro loco docet, saltem explicitis verbis, eum, qui celebrat, aut exercet actum alterius Ordinis, postquam rescivit defectum ætatis, non peccare. Dicit quidem primo loco, taliter ordinatum sanctè ac rectè celebrare posse; sed cur non debeat subintelligi, quamdiu bonâ fide putat, se habere legitimam ætatem? Et quod dicit in fine: Neque est cur scrupulis ob id angatur, intellige ob pœnas incurfas.

Navar. non docet partem negatam, pro qua suprâ adducitur.

Itaque sententia Ledesmæ inefficaciter videtur probari auctoritate Doctoris Navarri. Et confirmatio ejus petit principium; nam hoc est quod queritur, an ex tali Ordinatione ordinatus accipiat jus ministrandi, postquam cognoverit defectum ætatis, & communis sententia præterdit non accipere jus, propter prohibitionem Ecclesiæ; ut proinde non sit hic ubi-eta suspensio, sed quasi duplex, una propriè dicta censura, idque in pœnam delicti, alia impropiè dicta, putâ inhabilitas quædam ad ministrandum in Ordine suscepto, præcisè ex defectu ætatis, donec ætatem impleat, vel in illo etiam defectu specialiter dispensetur. Ita Suarius de Censur. disp. 29. circa finem; quæ sequitur Portel verb. *Ordines sacri*, n. 12.

87. Resp. ad confirmationem illius partiæ.

Non est hic unica suspensio, sed quasi duplex ex Suario & Portelido.

Et ita si absolvitur à prima propter delictum, non proinde absolvitur ab alia propter defectum ætatis; neque absolutus à prima, potest ministrare in illo Ordine, donec attingat ætatem. Ita portel.

Sed & licet jam attigerit ætatem, non poterit ministrare, donec à priori suspensione absolvatur, ut docet Henriquez lib. 13. c. 38 §. 1. in Gloss. lit. F. Sylvester, Mandosius, Covarruvias & Alii, quorum sententiam ego sequor, inquit Diana part. 3. tract. 4. resol. 182. Quamquam Corduba casu 144. Sotus, & Alii, quos ibi citat Diana, oppositum doceant; scilicet, & hanc suspensionem cessare adveniente legitimâ ætate, absque alia absolutione.

88.

Henriquez, Sylvester, Mandosius, Covarruvias, Diana, Corduba.

Quod mihi non apparet verum, ed quòd sit suspensio in pœnam delicti, absque limitatione ad aliquod tempus, vel ad aliquam aliam conditionem, ut patet ex verbis Bullæ Pij 2. suprâ allegatis. Hujusmodi autem suspensiones non tolluntur, nisi per specialem absolutionem. Secus inhabilitates defectu ætatis, quæ indubie cessant adveniente ætate, lege requisitâ, ut patet in Sponsalibus & Matrimonio, ergo similiter in proposito casu.

Et sic suspensio non videtur cessare adveniente legitimâ ætate.



89.  
Ætas requi-  
sita ad Epi-  
scopatum  
ex cap. 7.  
de Elect.

Audivimus ætatem requisitam ad Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum; restat ætas necessaria ad Episcopatum, quæ est 30. annus completus, argumento cap. *Cum in cunctis*, 7. de Electione, quod est Alex. 3. in Conc. Lateranensi, & sic habet: *Cum in cunctis Sacris Ordinibus & Ecclesiasticis ministeriis, sint ætatis maturitas, gravitas morum, & literarum scientia inquirenda: multo fortius in Episcopo hæc oportet inquiri, qui ad curam aliorum positus, in se ipso debet ostendere, qualiter altis in domo Dei oporteat conversari.* Eproprie ne quod de quibusdam pro necessitate temporis factum est, trabatur à posteris in exemplum: præsentem decreto statumus, ut nullus in Episcopatum eligatur, nisi qui jam trigessimum annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio sit natus, qui etiam viri & scientia commendabilis demonstratur.

Ubi Gloss. verb. *Exegerit*: sic ait: *Sed videtur, quod sufficit, si iam inchoaverit, ff. de M. & ho. Ad Republicanam. Sed aliud in secularibus dignitatibus ibi, & aliud in spiritalibus. Et potest dici, quod est speciale in Episcopo. Unde in aliis inferioribus dignitatibus sufficit attingere annum legitimum, ut infra dicitur ibi: Nisi qui jam 25. annum ætatis attingent: sed ille qui eligitur in Episcopatum, debet esse 30. annorum, in Authent. de San. Epi. §. Clericos, coll. 9. & 67. dist. Quicumque.*

& Concil.  
Trident.

Constitutionem Conc. Later. confirmavit Concilium Trident. sess. 7. de Reformatione c. 1. his verbis: *Ad Cathedralium Ecclesiarum regimen nullus, nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate maturæ, gravitate morum, literarumque scientiæ, iuxta Constitutionem Alexandri III. quæ incipit: Cum in cunctis, in Concilio Later. promulgatam, prædictus assumatur.*

90.  
An incur-  
reret sus-  
pensionem,  
qui ante  
legitimam  
ætatem or-  
dinaretur.

Sed nunquid, interrogat quispiam, incurreret suspensionem, qui ante hæc ætatem susciperet Episcopalem Ordinem? Respondeo; imprimis manet inhabilitas ad exercitium, & per consequens, juxta prædicta de alijs Ordinibus, peccaret ministrando Sacramentum Confirmationis, vel Ordinis; quia qui prohibet suscipere Episcopatum ante annum 30. etiam videtur prohibere exercitium Episcopatus ante eundem annum.

Secundò; non videtur incurrere suspensionem propriè dictam, quia Pius I. I. solum loquitur de Ordinibus Sacris, ut patet ex verbis supra relatis. Jam autem Episcopatus, tamquam speciali notâ dignus propter suam excellentiam, non venit nomine Ordinis Sacri, præsertim in pœnalibus. Unde tametsi peccaret ministrando, non tamen incurreret irregularitatem, ut patet ex dictis.

91.  
Ætas com-  
putanda à  
die Nativi-  
tatis, non  
Conceptionis.  
Covar.  
Mandof.

Illud pro coronide addiderim; ætatem non à die conceptionis, sed à die nativitatæ computandam esse. Ita Covar. de Spons. p. 2. c. 8. §. 2. n. 3. Mandof. de Minori ætate c. 1. n. 25. Sanchez in Præcept. decal. to. 1. lib. 4. c. 35. n. 4. Bonac. de Suspens. in particulari disp. 3.

q. 1. p. 1. n. 6. Sill. in Selectis Canon. c. 14. n. 8. ubi etiam refert fuisse decretum sub die 4. Decembris 1627. ætatem incipere à die nativitatæ, non à die Baptismi.

Sed quid si filius ex secto matris utero sit editus? Responderet Mandof. supra censeri ex tunc natum, & ideo ex tunc computandam ejus ætatem.

Præterea citat Sanchez supra Gloss. Reg. 17. Cancellariæ & Stortiam Oddo tract. de Resol. in integr. p. 1. q. 2. art. 7. n. 48. pro sententia, quæ docet, in favorabilibus ætatem computandam à die conceptionis, secus in odiosis.

Sed obstat generalis usus ubique receptus, qui computat ætatem sive in favorabilibus, sive in odiosis, à die nativitatæ. Et merito; quia dies conceptionis nimis incertus est, & solo testimonio mulierum probari potest, quod testimonium in hac materia parvam metetur fidem, cum sapientissime errare possint, existimantes se concepisse, ubi reverè non conceperint. At vero dies nativitatæ non potest non esse certa.

Sed ad alia pergamus. Neque enim sufficit ætas sola, ut quis licetè initietur, præsertim majoribus Ordinibus, verùm & aliæ qualitates requiruntur, atque imprimis probitas morum, deinde literatura, denique congrua sustentatio. De duobus prioribus erit

### CONCLUSIO V.

In ordinandis requiritur probitas morum, & sufficientia literarum.

Prima pars sufficientissimè in antiquis canonibus & canonibus inculcatur; & optatè naturalis docet, ut qui alijs præterea ac dignitate, etiam bonis exemplis præstant. Unde per probitatem morum, seu honestatæ vitæ, non intelligitur hic generalis honestas, sed status gratæ, qui requiritur ad omnia Sacramenta vivorum; sed externa quædam morum honestas, scilicet sobrietas, castitas, & de quibus agitur toto tit. de Vita & honestate Clericorum.

His autem juribus, & alijs antiquis canonibus omissis, Conc. Trident. sess. 23. de reformatione c. 4. sic statuit: *Primò Tonsuræ non inchoanda, de quibus probabilis conjectura non sit, esse non factis iudicii fugiendi fraude, sed ut Deo gloriæ cultum præsent, hoc vitæ genus elegisse.*

Au autem sit peccatum mortale, suscipere Tonsuram, aut minores Ordines, solum intentione declinandi jurisdictionem fori secularis, disputant DD. & non conveniunt, his assertantibus, illis negantibus, de videre poterit Disp. 3. hujus operis Sect. 3. Conclus. 5. n. 45.

Tantum hic adverto, Barbolam in Collectaneis sess. 23. c. 4. n. 7. perperam citare Andri-



res pro una & altera sententia; nam quos deberet citare pro affirmativa, citat pro negativa, & e converso, quos deberet citare pro negativa, citat pro affirmativa. Spero quod in aliis citationibus sic magis accuratus, alioquin parva eis fides foret adhibenda.

95. Ordinandis quibus instructi esse debeant ex Trident. Quantum ad minores Ordines; Trident. ibidem c. 5. in principio: Ad minores, inquit, Ordines promovendi, bonum a Parocho, & a magistro schola, in qua educantur, testimonium habeant. Testimonium, inquam, non solum de doctrina seu literis, sed etiam de moribus.

Et actum subiungit de majoribus Ordinibus: Hi vero, qui ad singulos maiores erunt assumendi, per mensem ante ordinationem Episcopum adeant, qui Parocho aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus, ac desiderio eorum, qui volent promoveri publice in Ecclesia propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, aetate, moribus, & vita a fide dignis diligenter inquireat, & literas testimoniales, ipsam inquisitionem factam continentem, ad ipsum Episcopum quamprimum transmittat. Quod puto non esse in usu quantum ad publicam propositionem in Ecclesia.

Rursum eadem sess. c. 12. Sciant Episcopi non singulos in ea aetate constitutos, debere ad hos Ordines assumi, sed dignos dumtaxat, & quorum probata vita senectus sit. Idemque singulatim de Subdiaconis & Diaconis urget cap. 13. quod sic incipit: Subdiaconi & Diaconi ordinari habentes bonum testimonium & in minoribus Ordinibus iam probati, ac literis & iis qua ad Ordinem exercendum pertinent instructi. Qui sperent Deo Auxilio se conivere posse; Ecclesiis, quibus adscribentur, inservant, scientes, maxime decere, si saltem diebus dominicis & solemnibus, cum altari ministraverint, sacramentum Communionem perciperent.

96. Quod sit illud bonum testimonium, quod oportet Subdiaconos & Diaconos habere. Et amabo, quod illud bonum testimonium? Respondeo ex Apoltolo 1. Timoth. 3. v. 8. & 9. Diaconos similiter (oportet esse) pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lacrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura.

Et de eodem bono testimonio loquitur eadem sess. c. 14. in principio, ubi de Presbyteris in particulari dicit: Qui pie & fideliter in ministeriis ante altis (id est, in ministeriis precedentium Ordinum) se gesserint & ad Presbyteratus Ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium, & hi sint, qui non modo in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesie utilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint; sed etiam ad populum docendum ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ad ministranda sacramenta, diligenti examine precedente, idonei comprobantur, atque ita pietate ac castis moribus conspicui, ut praclarum bonorum operum exemplum, & vita onera ab eis possint expectari.

97. In quibus verbis etiam sufficienter litterarum, de qua loquitur secunda pars Conclus. meminit Conc. ibi: Sed etiam ad populum do-

endum &c. Majori itaque eruditione indiget Presbyter, quam Diaconus & Subdiaconus; quia hi, ut patet ex cap. 13. supra allegato, tantum debent esse instructi ijs, quae ad Ordinem exercendum pertinent; ille autem debet esse idoneus ad docendum populum ea, quae scire omnibus necessarium est ad salutem, & potens ministrare Baptisimum, Eucharistiam & Extremam Unctionem. Immo & Penitentiam, si ordinatur seu destinatur ad curam animarum, vel ad Confessiones audiendas.

byer quidam Diaconus & Subdiaconus;

Unde & inter Presbyteros differentia est quoad hoc punctum: nam majori eruditione indigent, qui ordinantur ad curam animarum vel destinantur ad Confessiones audiendas, seu qui post Sacerdotium ad haec munera assumuntur, quam simplices Sacerdotes, qui non student nisi reconciliationi populi cum Deo per Sacrificium Missae. Et ideo isti diligentiori examine comprobandi sunt, ut docet praescriptis Ecclesiae, & statuit Trident. ibidem cap. 15. dicens: Nullum, etiam Regularem, posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen; si illis videbitur esse necessarium, aut aliis idoneis iudicetur.

& inter Presbyteros differentia est quoad hoc punctum:

Si dixeris; etiam simplex Sacerdos potest absolvere poenitentem in periculo mortis. Respondet casus est rarissimus, & ideo non videtur necessarium, propter illum solum neminem ordinari, qui non sciat necessaria ad huiusmodi Sacramenti administrationem.

58. An simplex Sacerdos debeat scire ea quae sunt necessaria ad Absolutionem.

Hinc etiam simplex Sacerdos nullum facit scrupulum, nec faciendus est, tamen non addiscat ea, quae sunt necessaria, praesertim ad exactam administrationem; seu absolutionem peccatorum mortalium. Alioquin cum possit passim absolvere a venialibus & mortalibus aliis confessis, quidni debeat addiscere ea, quae sunt necessaria ad talem absolutionem, id est, materiam & formam? Plane convenit ea scire.

Sed & initiandi prima tonsura debent esse literati, ut patet ex Bonifacio VIII. cap. Nullus Episcopus, 4. de Temp. Ord. in 6. ibi: Nullus Episcopus vel quisvis alius infanti (nisi forte Religionem intraret) seu illiterato... Clericalem presumat conferre tonsuram.

99. Etiam isti initiandi r. Tonsura debent esse literati.

Quid autem scire debeant explicat Conc. Trident. supra cap. 4. dicens: Prima tonsura non initientur, qui fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & scribere nesciant. Circa quod movetur dubium; an sit necessarium scire legere, & scribere latine; an vero sufficiat, si sciant scribere & legere in propria lingua vulgari, v. g. Belgica, Hispanica, Francica &c.

Quid debeant scire, & scribere

Quod sit necessarium scire legere & scribere latine, probatur; quia illiterati dicuntur in jure, qui tantum sciunt legere vulgariter; atque illiterati non possunt ad primam tonsuram promoveri, juxta Bonifac. supra; ergo &c. Major constat ex cap. illiteratos, 1. dist. 36.

100. An debeant scire legere & scribere latine pro baturo quod sit.

K k k k 3 Illi.



illiteratos aut aliquâ parte corporis viciatos, vel imminutos, nullus præsumat ad Clericatus Ordinem promovere, quia literis carens sacris, non potest esse aptus officii. Ita Gelasius Papa in Epist. ad Episcopos per Lucaniam. c. 18. & 19.

Ubi Gloss. verb. *Illiteratos*; scilicet penitus. Sufficit tamen mediocris scientia: ut extra de Elect. Cùm nobis olim: non enim requiritur in Clerico summa perfectio. Ergo secundum Gloss. requiritur saltem mediocris scientia; at mediocrem scientiam non videtur habere, qui tantum scit vulgariter legere.

Unde, quod bene notandum est, in præfato jure non dicitur illiteratus, qui simpliciter caret litteris, id est, nescit litteras, sed qui caret litteris sacris ibi: *Quia literis carens sacris, non potest esse aptus officii.* Ergo intelligit de litteris, in quibus sunt scripta sacra ministeria; hæc autem sunt literæ latinæ.

101.  
Alia probatio ex c. 7. de Elect.

Pro eadem sententia facit cap. *Cùm in cunctis* de Elect. ibi: *Cùm in cunctis Ecclesiarum ministeriis literarum scientia sit necessaria.* Non videtur autem credendum, Conc. Generale ibi de scientia literarum vulgariū agere: sed de peritia vel intelligentia literarum sacrarum, quibus in ministerijs Ecclesiasticis utimur.

Confirmatur ex Navarro.

Confirmatur ex Navarro, qui cap. *Si quando*, de Rescript. Except. 13. in fine videtur dicere, eandem scientiam sufficere ad primam Tonsuram, & ad simplex beneficium: sed ad hoc videtur ad minus requiri, ut sciat beneficiarius legere latinè, cùm beneficium ipsum obliget ad statim recitandum Horas, quas recitare non potest, qui nescit legere latinè.

Atque idem Auctor eadem Except. multos congerit Iurisperitos pro hac opinione, & conatur ostendere ex alijs iuribus, eam omnino esse consentaneam juri antiquo scripto. Iuri tamen non scripto (inquit n. 8.) sive consuetudini & praxi, tam antiquæ, quàm novæ, tam Urbis, quàm orbis videtur obviare.

102.  
Praxis videtur probare oppositum.

Et pro ea facit primò, quòd ubique gentium Christianorum Pontifices insigniunt primam Tonsuram, scientes aliquantum legere & scribere: & eisdem primam Tonsuram insignitis, conferunt Sacerdotia sive beneficia saltem simplicia; neque audivi umquam, aliquam talem collationem fuisse judicatam invalidam, eo solo, quòd is, cui fuit collatum, nesciret latinè vel græcè, modò sciret legere.

Aliter probatur.

Secundò nervosè facit, quòd negari non potest, eum, qui scit legere, scire literas, & appellari posse literatum aliquarum literarum scientiâ: & consequenter non esse illiteratum, cùm negativa illa, *Non*, totam affirmativam sequentem destruat, & contrarium ejus ponat, juxta Glossam singularem cap. *Cum dilectus*, de Consuet. Et consequenter si aliquo modo est literatus, non potest dici nullatenus literatus, nec consequenter non literatus sive illiteratus, cùm ei æquipollet.

Tertiò facit, quòd præfatum Conc. Tridentinum ad primam Tonsuram non requirit, nisi ut sciat legere, & scribere, & fidei rudimenta.

Quartò denique, quòd cùm plurimi in lege rint beneficia, nescientes græcè neque latinè, nullis tamen audimus injunctum esse à Confessariis suis, ut ob hanc lolam causam ea dimitterent; quòd tamen injungendum erat, si collationes eis factæ, non valissent per cap. 1. de Reg. Juris in 6.

Ob quæ arbitror dicendum; quòd etiam in materia beneficiorum dicendus est literatus, qui scit legere, præsertim si sit scribere, de consuetudine & praxi antiqua, & jure novo scripto Sacrosancti Concilii Tridentini, hæc jure antiquo scripto contrarium videatur verum. Hucusque Navarro.

Quem sequitur Sanchez cap. 1. de Ord. dicit 45. n. 11. ubi etiam respondet adductis in contrarium; hæc solum probare, illum esse omnino illiteratum, & idiotam ad Ordines sacros per quos ordinati deputantur ad sacra ministeria; alias cùm ea probent, requiri intelligentiam linguæ latinæ, hæc requiretur ad primam Tonsuram, quòd est contra Tridentinum dicto cap. 4. Quòd maxime verum est, cùm per primam Tonsuram nulli ministerio divino deputatur ordinatus, sed sit introductio quædam ad Clericatum. Ita Sanchez.

Et ad illud ex Navarro respondet, aliud esse quòd requiritur, ut beneficium collatio valida sit ad id enim eadem scientia fat est, quæ ad primam Tonsuram requiritur, ut probat Navar. dictâ Except. 13. & aliud, quòd requiritur, ut licitè fiat collatio; ad id enim amplius requiritur, ut probat Navar. in Missellaneis de Cognitione. Missell. 97. nempe ut sciat recitare.

Sed contra primam responsum facit cap. *Illiteratos*, loquitur de promotione ad Ordinem Clericatus, qui est prima Tonsura. Licet per hanc non statim deputetur ad sacra ministeria, tamen disponitur ad illa. Et aliunde potuit Ecclesia requirere etiam intelligentiam linguæ latinæ, neque ex aliquo jure antiquo probatur oppositum.

Quantum ad Tridentinum, dicto cap. 4. non contrariatur, quia bene stant simul, quòd nemo debeat initiari, qui nesciat legere & scribere, & quòd nemo debeat initiari, qui non intelligat linguam latinam. Nisi ergo directè hoc ipso quòd Tridentinum prohibet, initiari eum, qui nesciat legere & scribere, concessa potestatem initiandi eum, qui scit legere & scribere, nullam video contradictionem.

Atque ut id rectè diceretur, secundum Navarum supra n. 6. ubi relatis verbis Tridentini, statim subjungit: Per quòd sufficit novitas, & requiritur, ut primam Tonsuram initiatus, sciat legere, scribere, & fidei rudimenta. Equidem attentis solis illis verbis Concilii, potest aliquis respondere, Legere, intelligendum esse,



Sect. 4. De Subjecto Ordinationis. Concl. 5. 631

non sicut pſitaci legunt seu recitant aliqua verba; sed cum intellectu.

**Card. Alex.** Audi, quæſo, Cardinalem Alexandrinum in cap. fin. de Ætat. & qual. in hæc verba loquentem: Dico, quod præmissa procedunt, intelligendo quod literaliter loquitur cum intellectu: ita quod potest intelligere scripturas: sed si ex consuetudine loqueretur: non tamen sciret intelligere, ut de quibusdam dicitur comperitum: talis enim non potest dici literatus.

**107.** Interim Tridentinum cap. 11. ejusdem sess. satis videtur significare, se non requirere intelligentiam linguæ latinæ, dum ait: *Minores Ordines iis, qui saltem latinam linguam intelligant, per temporum intervallum, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur.* Ubi cum requirit intelligentiam linguæ latinæ ad minores Ordines, non videtur eandem requirere ad primam Tonsuram. Sicut enim majorem, literaturam requirit pro majoribus Ordinibus, & amplio rem pro Presbyteratu, quàm Diaconatu & Subdiaconatu; ita planè credibile fit, majorem requisivisse ad minores Ordines, tamquam perfectiores, quàm ad primam Tonsuram.

**Pontificale Rom.** Cæterum in Pontificali Romano tit. de Clerico faciendo, ita scriptum reperio: *Incepto Psalmo Pontifex cum forficibus incidit uncinque extremitates capillarum in quatuor locis; videlicet in fronte, in occipio, & ad utramque autem, deinde in medio capitis aliquot crines capillarum, & in bacile deponit; & quilibet eum condetur, dicit: Dominus pars hereditatis meæ & calcei mei: tu es, qui restitues hereditatem meam mihi.*

**108.** Ergò videtur supponere Pontificale, quod initiandus sciat legere, aut saltem recitare ista verba latina, quidquid sit de scriptione, de qua docet Sell. in Select. Canonic. rub. 5. n. 6. (ut refert Barbosa in Collect. Sess. 23. c. 4. n. 5.) sufficere quod characteres formare sciat, quamvis scribere perfectè nesciat, attestans ita decidisse sacram Congregat. Episc. & Regul. sub die 13. Octob. 1593. An characteres latinos, an vulgares, non exprimit.

**Judicium Auditoris.** Ut autem ego dicam, quod sentio; cum in hoc decreto Tridentini non exprimat, in qua lingua scire debeat legere & scribere, ideo videtur intelligendum de vulgari seu materna; alioquin sicuti expressit linguam latinam loquens de minoribus Ordinibus, eam itidem & hic expressisset; cum ergo non expresserit, quod tamen commodè facere potuisset, signum manifestum est, non voluisse tonsurandos ad eam obligare; argumento cap. 57. de Reg. Juris in 6. *Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio, faciendâ.* Et cap. 30. eodem: *In obscuris minimum est sequendum.* Atque pro hac sententia, præter Sanchez & Navar. citantur à Barbosa supra n. 6. Azor Instit. mor. p. 2. lib. 6. c. 6. quæst. 2. & Campan. in Diversi. juris Canonic. rubr. 5. c. 2.

Qualiter autem peccet Episcopus, conferens illiteratis primam Tonsuram, satis patet ex cap. fin. de Temp. Ord. in 6. ibi. *Qui verò contra fecerit (ut in eo, in quo peccaverit, puniatur) per unum annum à collatione Clericalis Tonsuræ demeratur, si non se suspensum.* Loquitur, ut patet ex ante dictis, de Episcopo, qui contulit Tonsuram Clericalem infanti seu illiterato, imponens ei pœnam suspensionis per unum annum à collatione Tonsuræ, quæ pœna satis gravis videtur.

Interim cum nupſiam jus positivum talem collationem irritet, quod factum fuerit, quàmvis illicitè, robòris tamen firmitatem obtrinebit.

Nec invenitur aliqua pœna imposita sic Tonsurato, nisi fortè in Constitutione Sixti 5. contra malè promotos, de qua supra, ubi eam diximus reductam ad terminos juris communis, Const. Pii 2. & Concilii Trident. Immo nec præceptum, saltem obligans sub mortali; quia Trident. magis videtur alloqui Episcopum tonsurantem, quàm laicum tonsurandum, & Episcopo magis incumbit procurare, ut observentur Constitutiones Ecclesiæ in collatione Ordinum, & primæ Tonsuræ, quæ ad Ordines disponit, quàm ordinando vel tonsurando.

Et ideo Bonifacius supra cap. fin. Episcopum punit, & non tonsuratum, satis per hoc significans, Episcopum gravius peccasse.

Similiter cap. *Illiteratos*, supra allegatum ex dist. 36. Episcopo directè præcipit, uti etiam cap. fin. mox citatum; quàmvis videatur illud præceptum etiam indirectè afficere ipsum tonsurandum.

Et quidem, si tonsurandus careat perfectò usu rationis, non potest peccare mortaliter, ut supra contra Sanchez annotavimus. Sin autem foret provectæ ætatis, habens plenum usum rationis, sufficientem ad peccatum mortale; tunc quæstio posset esse, an si mortaliter peccet Episcopus, conferens Tonsuram illiterato, ipse etiam illiteratus peccet mortaliter, eam accipiendo.

Sanè non video, quare Episcopus non posset peccare mortaliter, & illiteratus tantum venialiter; quippe respectu Episcopi, cui ex officio incumbit conferre Tonsuram, juxta leges ab Ecclesia præscriptas, posset esse materia gravis; tametsi respectu tonsurandi; cui ex officio illa obligatio non incumbit, solum foret materia levis. Quod autem sit materia gravis respectu Episcopi, videtur colligi, ut dixi supra, ex gravitate pœnæ impositæ per Bonifacium 8. cap. fin. de Temp. Ord.

Deinde ex Constit. Sixti 5. incipiente: *Sanctum & salutare.* 91. apud Cherubinum, ubi gravissimè punit Episcopum, non observantem ætatem, à Tridentino decretam primæ Tonsuræ, id est, Episcopum, qui non legitime insigniverit Clericali characterè; immo peccatum ipsum sibi reservat. Cum ergo Trident. non assignet aliam ætatem, quàm scientiam lectionis & scrip-

109. Qualiter peccet contra fecerit illiteratis Tonsuram ex cap. fin. de Temp. Ord.

110. An sic tonsuratus incurrit aliquam pœnam aut peccet mortaliter

111. An Episcopus possit peccare mortaliter & non tonsurandus.

Videtur Episcopus peccare mortaliter



& scriptiois, seu literaturam, videtur illa materia satis gravis pro peccato mortali, saltem iudicio illius Pontificis.

112. Objectio.

Dices; in eadem Constitutione etiam referatur peccatum Clericorum malè insignitorum seu ordinatorum, iisque gravissimæ pœnæ decernuntur; ergo etiam respectu eorum erit materia gravis, sufficiens pro peccato mortali.

Solvitur.

Respondeo; non satis mihi constare, quos Sixtus intelligat per Clericos malè insignitos seu ordinatorum; nam imponendo pœnas dicit, se inhære vestigiis Pii secundi, qui solum punit malè ordinatorum Ordinibus sacris.

Quidquid sit de mente illius Pontificis, cum ejus Constitutio sit reducta, ut jam non semel dixi, ad terminos juris communis, Const. Pij II. & Conc. Trident. & neque jus commune neque Const. Pij II. neque Concil. Trident. ulla pœnas imponat illiterato, suscipienti primam Tonfuram, sicuti jus commune imponit pœnam suspensionis Episcopo, conferenti primam Tonfuram illiterato; salvo meliori, dici posset, Episcopum graviter peccare conferendo illiterato primam Tonfuram, est illiteratus non peccet graviter suscipiendo; alioquin si æqualiter peccant, cur potius uni, quàm alteri imponitur pœna?

113.

Quid dicendum de Episcopo, qui conferit Tonfuram illi, qui fraude fugiendi iudicii secularis eam suscipit.

Et idem fortè dici potest de Episcopo, conferente primam Tonfuram illi, de quo est probabilis conjectura, secularis iudicii fugiendi fraude, hoc genus vitæ elegisse; videlicet peccare mortaliter, licet ille, qui suscipit eam fraude, solum peccet venialiter.

Dico, Fortè, quia Episcopo illi nulla usquam imponitur pœna, ex qua posset colligi gravitas materiæ, sicuti in præcedenti casu. Interim certum videtur; majorem fieri injuriam Ecclesiæ ab Episcopo, qui, ut supra dixi, ex officio suo tenetur conferre Tonfuram secundum leges Ecclesiæ, & procurare bonum Ecclesiæ, quàm à suscipiente; & ideo ille posset peccare mortaliter, hic autem solum venialiter; prout etiam puto, hunc solum peccare venialiter cum Sanchez de Matr. lib. 7. disp. 31. n. 17.

Sanch.

Regius

Villalbor.

Regio de Sacram. disp. 20. n. 105. Villalobos Sum. p. 1. tract. 11. diff. 14. n. 2. & Alij; quamvis non desint graves Auctores, qui doceant, eum etiam peccare mortaliter; quia ipsi iudicant materiam gravem, quod nos iudicamus materiam levem; quis meliùs iudicet relinquo prudentioribus & doctioribus examinandum.

114.

Quæ literaturam requiritur ad minores Ordines.

Interea procedo ad minores Ordines, ad quos, ut supra vidimus, majorem requirit Concilium Tridentinum literaturam, quàm ad primam Tonfuram, dicens eadem sess. c. 11. Minores Ordines iis, qui saltem Latinam linguam intelligant, per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur conferantur. Et infra. Ut in eis cum aetate, vita meritis & doctrina maior accrescat. Ac post pauca: Nemo iis initi-

tur, quem non scientia spes maioribus Ordinibus dignum ostendat. In quo intelligitur, ut sciant rationem ministerij, ad quod assumuntur, & quæ ad illud spectant.

Et quàmvis aliqui hoc dictum Concilij exponant sic, ut non solum quoad interstitia, sed etiam quoad peritiam linguæ Latinæ rem sub arbitrio Episcopi relinquant; attamen ex contextu capitis, & communiori intelligentia ac usu ipso, determinatè hæc peritia requiritur, & arbitrium Episcopi ad sola interstitia referri. Ita Navarr. suprâ n. 6. quem sequitur Sanchez cap. 1. de Ord. dub. 45. n. 14. & Alij.

Cæterum Rodr. to. 1. qq. Regul. q. 24. a. 7. docet, in Religiosis non requiri tantam scientiam ad Ordines suscipiendos, quantum requiritur in Clericis secularibus. Nam, inquit, Clericos illiteratos omnino repellendos esse ab Ordinibus suscipiendis, jura prædicta statuerunt id autem de Religiosis nunquam sanxerunt.

Ratio est: quia Religiosi, regulariter loquendo, non ordinantur ad curam animarum habendam; & quàmvis ad eandem curam incris intrentur, adhuc non requiritur in eis tanta scientia: quia semper manet in illis spes de comparanda sibi scientia, & cognitione necessaria ad suum ministerium peragendum; et quòd vivat semper in Cœnobijs, in quibus vigent aut literarum studia, aut semper sint plures viri literati, à quibus edoceri possunt.

Ex quibus, dicit Henriquez lib. 10. de Sacramento Ord. c. 16. in fine, allegans Alphonso lib. 1. de Irreg. c. 31. n. 5. & 20. & alios licitum esse Episcopis Sacris initiare Religiosos bene legentes & cantantes, etiam in lingua Latina deficient.

Circa quod nota: non esse opus, ut Religiosus sciat omnes difficultates ad Sacramentum Ordinis pertinentes; sed tantum quod quædam intelligat necessaria & essentialia, quæ communiter scire solent Sacerdotes celebrantes; licet quòd septem sint Ecclesiæ Sacramenta, quòd conferant gratiam, & quòd in Sacramento Altaris continetur realiter & substantialiter corpus Christi facta consecratione, & quòd materia est panis & vinum & forma verba consecrata. Hucusque Rodriguez.

Et prosequitur dicens: Hanc Conclusionem explicatam docuit olim quædam Glossa celebrata in cap. Legi. 36. q. 1. verb. Infratru. ubi agens de requisitis ad sacros Ordines, sic ait: Sufficit Monacho, quòd tantum bonus sit, licet sit illiteratus vel irregularis, quæ duo nocent Clerico promovendo.

Quæ nimirum Glossa à nemine, quem ego viderim, fuit unquam reprobatâ; immo ab omnibus suscepta, præsertim à Silvestro verb. Clericus. 2. n. 1. Angelo ibi n. 2. Philippo Franco & Dominico in cap. Nullus de Temp. Ord. in 6. Et doctissimus Soto in 4. dist. 25. art. 2. eam veritatem luculenter agnovit, sic dicens: Quando



Quando Religiosi, qui curam animarum non habent, ordinantur, non requiritur scientia, quam ut mysterium Sacramenti intelligant.

117. Non requiritur exactam scientiam probatur ex c. 4 de Temp. Ord. in 6. Nec his contentus Rodriguez, subjungit: hæc conclusio evidenter colligitur & deducitur ex decretali Clement. 4. cap. Nullus, de Temp. Ord. in 6. atque adeo mirari non desino quoties audio aliquorum Dominorum Episcoporum rigidam examinationem cum Religiosis ordinandis; cum Concilium Tridentinum non imperet prædictis Episcopis necessitatem examinandi Religiosos per se, aut per seculares. Sed sufficit quod Episcopus constet per literas testimoniales Prælatorum Regularium, esse prædictos Religiosos ordinandos examinatos per suos Prælatos. Et qui sic ordinantur, non promoventur sine diligenti Episcopi examine, ut Conc. Trident. statuit. Cur enim magis debet credere Episcopus seculari examinatori, quam Prælo Regulari, testificanti de scientia ordinandi?

Occurrit objectioni. Nec supradictis obstat nunc decretum Concilii Trident. statuens, quod nemo ad Presbyteratus Ordinem admittatur, nisi sit sufficienter instructus ad docendum populum ea, quæ scire omnibus necessarium est, & ad ministranda Sacramenta diligenti examine precedenti idoneus comprobetur. Nam huic decreto respondetur; contrarium esse in usu inter doctos & religiosis timorata conscientia, qui tantam sufficientiam non petunt in Presbytero ordinando. Hactenus Rodriguez.

118. Qui ibidem sibi objicit Concilium Braccarense c. 20. ordinans, quod tales debeant esse idonei ad Confessiones laicorum audiendas; & respondet; Concilium non loqui de simplicibus Presbyteris, sed de Presbyteris, qui ordinantur ad titulum alicujus beneficii curati, ut constat ex annotationibus positis in initio dicti Concilii.

119. Sed ego nihil de audiendis Confessionibus, reperio vel in cap. 20. aliàs 38. vel in annotationibus apud Binium to. 2. Conciliorum. Subscribo verba c. Item placuit ut ex laico ad gradum Sacerdotii ante nemo veniat, nisi prius anno integro in officio Lectoris vel Subdiaconi (alia editio habet: In officio Lectorum vel Diaconatus) disciplinam Ecclesiasticam discat, & sic per singulos gradus, prædictus (aliàs, eruditus) ad Sacerdotium veniat. Nam satis reprehensibile est, ut qui necdum didicit, iam docere præsumat, dum & antiquis hoc Patrum institutionibus interdictum sit.

Perperam quoque hic Auctor citat decretalem Clement. 4. loco Bonif. VIII. Neque in cap. illo Nullus, agitur de Ordinibus, sed dumtaxat de prima Tonsura; non videtur autem esse consequens, ut si infanti, qui intrat Religionem, sive offertur Religioni, liceat conferre primam Tonsuram, etiam liceat Religioso illiterato conferre minores vel majores Ordines.

In hoc autem verbum ejus verum est, scilicet sufficere, quod Episcopis constet per literas testimoniales Prælatorum Regularium, esse prædictos Religiosos ordinandos examinatos per suos Prælatos. Unde à pluribus Episcopis id practicatur; & ab omnibus sine scrupulo posset praticari; immo, si vigerent antiqua privilegia, deberet praticari; quando sunt Mendicantes, vel alii, qui gaudent privilegiis Mendicantium.

Pater ex privilegio, concesso Prælati Ord. Min. ab Alex. 4. Bulla: *Conveni ut sacer.* 11. apud Rodrig. ibi: *Ut liceat vobis ordinandos Fratres ejusdem Ordinis, quibuscumque malueritis Catholicis Pontificibus, communionem & gratiam prædictæ Sedis habentibus, præsentare, ipsiq; Pontificibus, presentatis à vobis Fratribus, sine qualibet examinatione per eosdem Pontifices faciendæ, & absque omni promissione & obligatione ipsorum ordinandorum Fratrum ad Ordines promovere, vobis & Ordini vestro auctoritate præsentium indulgemus.*

Omitto alios Pontifices, Eug. 4. Sixtum 4. Paulum 3. qui idem concesserunt: Eugenius Monachis sancti Benedicti Congreg. Italiae, Sixtus Ord. FF. Prædic. Paulus Societati Jesu: sed quia ante Concilium Trident. quod revocat privilegia lesli. 23. cap. 12. in fine, ibi: *Regulares quoque nec in minori aetate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, privilegiis quibuscumque quoad hoc penitus exclusis; hinc parum vel nihil illa privilegia ab Episcopis curantur.*

Cur ergo, inquis, ordinandi ex Societate Jesu non examinantur; sicut alii Religiosi? Respondent Aliqui; propter privilegium, ipsis concessum à Gregor. 13. post Conc. Trident. de quo egimus Sect. præced. Concl. 7. in quo putant non communicare cæteros Religiosos; verè, an falsò, colligere poteris ex dictis loco citato.

Sed hæc responsio non satisfacit Arriaga, qui disp. 57. n. 50. in fine ita scribit: Putat Valquez disp. 246. n. 57. per privilegium Gregorii 13. esse exemptos Societatis nostræ Religiosos ab hoc examine: hoc tamen non videtur solidè dictum; nam in Bulla, quâ Gregor. privilegium nobis concessit, incipitque: *Pium & utile, expressè ponit ea, de quibus non possumus ab Episcopo examinari, scilicet de cantu, de ceremoniis, de natalibus &c. de doctrinâ autem examine nullum penitus verbum facit. Unde in hoc puncto ferè ubique examinatur nostri. Hæc ille.*

Quidquid sit de praxi, quam PP. Societatis meliùs norunt, quam ego; dico, privilegium Gregorii aliquod verbum facere de doctrinæ examine; nam postquam expressè posuit cantum, & ceremonias, etiam expressè ponit, *idoneitatem, & alia in aliis requisita.* Vide verba textûs Sect. præced. Concl. 7. Quis autem non videat sub *idoneitate, & aliis in aliis requisita,* comprehendi posse & debere doctrinam, & examen doctrinæ?

119. Mendicantes ex privilegiis Alex. 17. & aliorum Pontificum debent ordinari sine prævio examine.

Sed hæc privilegia revocata sunt per Trident.

127. Cur Clerici Societatis Jesu non examinentur?

Arriaga putat non sufficere privilegium Greg. XIII. contra Valquez





122. Sententiam Rodr. supra relatum docent Portel, Diana & Villalobos.

De cetero sententiam Rodriguez, supra relatum, docent Portel verb. Ordines sacri n. 6. Item Diana part. 2. tract. 2. Miscel. resol. 31. dicens, eam esse tutam in praxi, & Alii plures, quos citat, & sequitur Villalobos Sum. part. 1. tract. 21. diff. 34 n. 5. extendens eam, propter paritatem rationis, ad Cantores, Canonicos, & beneficiarios Ecclesiarum Cathedralium, quando sunt homines virtuosi, & vocat eam valde certam & usitatam.

123. Contrariam tenet Ledesma.

Quidquid in contrarium sentiat Petrus Ledesma Sum. to. 1. tract. de Sacramento Ord. c. 7. conclus. 4. apud Dianam supra, dicens: Non mihi videtur licitum, quod Episcopus initiet majoribus Ordinibus Religiosum, qui bene legit & bene cantat, quamvis non noverit ea, quae concernunt latinam, & reliqua.

& probat ex Trident.

Hoc dico contra aliquos modernos Theologos, qui non docent veritatem. Nam Conc. Trident. ponit magnum rigorem in eo, quod concernit scientiam & notitiam, & particulariter in eo, quod spectat ad intelligentiam latinam, & sic non mihi videtur licitum.

Probatio ex ratione.

Deinde; quia ille tam parvam habens scientiam & adeo limitatam notitiam, non potest ullo modo bene ministrare & debite in suis Ordinibus, ergo non est licitum ordinare talem Religiosum; nec enim quia Religiosus est, ideo debet scire minus, quam reliqui; sed potius ministrare in suis Ordinibus, quam alii. Haec ille. Ad quae pater responso ex dictis, & ideo pergo ad alia, ac

124. Examen literaturae competit Episcopo qui ordinaturus est, testimonium autem probitatis Episcopo proprio, ex Trident.

Noto; quod ait Trident. sup. c. 12. Regulares quoque nec in minori aetate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, intelligendum esse de examine solius literaturae, faciendo ab Episcopo, qui Ordines collaturus est, est alienus: solius, inquam, literaturae; nam testimonium de probitate vitae, exigitur à proprio Episcopo vel Praelato, ut colligitur ex eodem Concilio eadem sess. cap. 8. ibi: *Vnusquisque à proprio Episcopo ordinetur, quod si quis ab alio promoveri petat, nullatenus id ei permittatur, nisi eius probitas & mores Ordinarii sui testimonio commendentur. Ordinarius autem Regularium exemptorum est Praelatus. Et ita observat consuetudo, quae est optima legum Interpres.*

125. Proprius Episcopus etiam potest examinare subditos, quos ad alium mittit. Trident.

Eo semper salvo, ut etiam proprius Episcopus vel Praelatus Regularis possit examinare de scientia suos subditos, quos ad alium Episcopum ordinandos mittit. Unde de proprio Episcopo sic scriptum habemus in Trident. sup. c. 3. *Episcopi per semetipsos Ordines conferant, quod si aegritudine fuerint impediti, subditos suos non aliter, quam iam probatos & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant.*

Verum, de quo examine ibi Concilium loquatur, non satis constat ex textu; adeoque forte posset intelligi de examine probitatis & morum; nisi per ly *Probatos*, velis intelligere

examen morum per ly autem *Examinatos*, examen scientiae. Et tunc non solum possent, sed etiam deberent hujusmodi examen instituerere.

Ut sit de obligatione, sufficit nobis, quod possit instituerere examen; & quod, ut supra dicebat Rodriguez, tam pro Regularibus, quam pro secularibus ordinandis, possit Episcopus, collaturus Ordines, abque ullo scrupulo contraveniendi Conc. Trid. acquiescere in hac re, si velit, testimonio proprii Episcopi vel Praelati, qui concessit literas dimissorias.

Quod etiam docet Miranda in Manuali Praelatorum to. 1. q. 39. a. 2. Portel verb. Ord. sacri, in Addit. n. 1. & Villalobos Sum. tom. 1. tract. 11. diff. 14. n. 5. nisi forte aliunde constaret Episcopo collaturus Ordines de negligentia proprii Episcopi vel Praelati in hoc examine. Quae tamen negligentia praesumi non potest ex eo, quod subinde aliquis male respondeat, quando ab Episcopo, vel ejus examinatoribus interrogatur; id enim facillime potest contingere ex turbatione vel alia ratione, etiam maxime literatis.

His ita constitutis de probitate vitae & scientia, necessaria Praesbyteris, & alijs inferioribus Clericis; superest ut paucis explicemus, probitatem vitae, ac scientiam necessariam Episcopis, qui indubie, sicuti in altissima dignitate positi, ita altissimam debent habere probitatem morum ac scientiam.

*Nihil est (Trident. auditis sess. 12. de Reformatione c. 1.) quod alios magis ad pietatem & Deum sum assidue instruat, quam eorum vita & conversatio, qui se divino ministerio dedicaverunt; cum enim à saeculo in altiore sublimi locum conspiciant, ubi tamquam in speculum, reliqui oculos committunt, & imitantur. Quapropter summo omnino Clericis, in sortem Domini vocatis, & moribus suis omnes componere, ut habitus, incessu, sermone aliisque omnibus rebus, nisi quae moderatum ac religione plenum praeseferant, non delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, ut non actiones cunctis afferant venerationem. Haec est praefatum Concilium de Clericis in communi.*

Sicut autem inter Clericos elucet praesentis Episcopi, ita in eos praesentis reliqui oculos conjiciunt, ac proinde praesentis debent vitam moreisque suos componere, ut habitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum praeseferant, oportet delicta, quae in ipsis maxima essent, effugiant, sed cunctis afferant venerationem.

*Oportet (inquit Apollolus 1. Timotheo v. 2.) Episcopum irreprehensibilem esse, unum, castum, sobrium, prudentem, ornatum, pacem, hospitalem, doctorem, non violentum, non cupidum, sed modestum, non litigiosum, non captivum, sed sua domui bene praepositum, suos habentem subditos cum omni castitate. Vbi Apollolus non loquitur*



probitatem vitæ requirit, sed etiam doctrinam seu scientiam.

& Conc. Trident.

Quod probè intelligens Conc. Trident. supra c. 2. sic ait: Quicumque post hac ad Ecclesias Cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, aetate, moribus & vitâ, ac aliis, quæ à sacris canonibus requiruntur plenè sit præditus, verùm etiam in sacro Ordine antea saltem sex mensium spatio constitutus. . . . Scientiâ vero præter hæc huiusmodi polleat, ut muneris sibi inveniendi necessitati possit satisfacere: ideòq; antea in Vniuersitate Studiorum Magister sive Doctior, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico merito sit promotus, aut publico alicuius Academiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur. Quòd si Regularis fuerit à Superioribus sua Religionis similem silentem habeat.

morum, & scientia. Sequitur 3. scilicet congrua sustentatio, pro qua instituitur

CONCLUSIO VI. Ad licitè recipiendos majores Ordines, requiritur titulus congruæ sustentationis.

Congruam sustentationem voco, sustentationem sine dedecore statûs sacri seu gradûs Ecclesiastici, id est sine mendicatione, aut fordido aliquo questu. Ita colligo ex Trident. sess. 21. de reform. c. 2. in principio: Cum non deceat (inquit) eos, qui diuino ministerio adscripti sunt, cum Ordinis dedecore mendicare, aut fordidum aliquem questum exercere.

131. Que sit hęc congrua sustentatio ex Trident.

129. Ad quem spectet hæc inquirere, ex Trident.

Quæris à me, ad quem spectet hæc qualitates inquirere seu examinare? Respondeo verbis Trident. supra: Quorum rerum instructio, si eius notitia nulla aut recens in Curia fuerit, à Sedis Apostolicæ Legatis seu Nuntiis Provincialium, aut eius Ordinario, eòq; deficiente, à vicinioribus Ordinariis sumatur.

Que sit forma obseruanda in hoc examine, ex Trident.

Queris rursum, quæ sit forma obseruanda in hoc examine? Respondeo rursum verbis Concilii Trident. sess. 24. c. 1. de reform. Quoniam verò in somno de prædictis omnibus qualitatibus graui idoneoq; honorum & doctorem virorum testimonio, non uniformis ratio ubique ex nationum, populorum ac morum varietate potest adhiberi, mandat sancta Synodus, ut in Provinciali Synodo per Metropolitanam habenda, præscribatur quibusque locis & provinciis propria examinis, seu inquisitionis aut instructionis faciendæ forma. Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis utilis atque oportuna esse videbitur &c.

130. Et Bulla 6. Greg. XIV.

Verum (inquit Gregorius 14. Bulla: Omnis Apostolica, 6. apud Cherubinum, § 4.) neque id hæcenus, nisi à paucissimis factum est, neque spes est, nisi longissimo temporis spatio, ut ab omnibus fiat, atque interim dum certa examinis sive inquisitionis ratio à Provincialibus Conciliis expectatur, perit uber ille fructus, qui ex tam utilibus Concilii Generalis decretis sperare posse videbatur &c.

Optimum est seruari receptam praxim.

Hinc ibidem præfatus Pontifex §. 5. designat personas, quibus committenda erit instructio & examen extra Curiam Romanam. Et §. 6. quibus in Curia Romana. Deinde §. 7. formam instructionis & examinis præscribit, & §. 8. sequentibus alia plura disponit circa hanc rem, quæ ibi videri possunt, quia nimis longum foret ea hic referre, & fortè sine fructu, quia non inuenio apud Cherubinum publicationem istius Bullæ.

Optimum sanè est, in omnibus prædictis diligentis seu inquisitionibus seruari receptam praxim & consuetudinem loci, in quo aliquis est initiandus primâ Tonsurâ, promovendus ad minores vel majores Ordines, aut certè Episcopus consecrandus. Hæc sufficiant de duabus prioribus qualitatibus, scilicet probitate

& s. Hieronymus.

Audi Hieronymum de septem Ordinibus Ecclesiæ c. 5. (& referatur dist. 93. cap. Dicom, 23. §. Nunc autem Mendicant infelix Clericus in plateis & civili (aliàs, seruil) operi mancipatus, publicam à quolibet deposcit alimoniam (aliàs, elemosinam) Et quidem ex eo despicitur canonicis sacerdotule officium, dum misericordia à soluto, iuste putatur ad hanc ignominiam devinisse.

132. Quis censetur exercere fordide negotiationibus, ut contractibus usurariis, simoniaciis, & similibus, de quibus loquitur Gelasius Papa in Epist. ad Episcopos per Licetianam c. 17. (& referatur dist. 88. cap. Consequens, 2.) ibi: Consequens est, ut illa quoque, quæ de Picens partibus nuper ad nos missa relatio nunciavit, non prætereunda putaremus: id est, plurimos Clericorum negotiationibus inonestis & lucra turpibus immineere (aliàs, inhiare) nullo pudore cernentes Evangelicam lectionem, quæ ipse dominus negotiatores è templo verberatos flagellis asseritur expulisse; nec Apostoli verba recolentes, quibus ait: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, Psalmistam quoque David sordidi dissimulantes aures cantantem: Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini. Proinde huiusmodi ab indignis post hæc questibus ne verentur abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum: aut in quocumque gradu sint positi, mox à Clericalibus officiis abstinere cogantur: quoniam domus Dei, domus Oratoris, & esse debet & dici, ne per officia negotiationis potius sit latronum spelunca.

133. Enumerantur fordidi questus, quæ dedecent statum Ecclesiasticum ex Conc. Moguntico 1. tempore Leonis III. & Caroli Magni cap. 14. ut referatur extra, Ne Clerici vel Monachi cap. 1. clesiasticum ex Concil. Mogunt.

Sed placet distinctius enumerare sordidos questus, & turpia lucra, quæ dedecent statum Ecclesiasticum ex Conc. Moguntico 1. tempore Leonis III. & Caroli Magni cap. 14. ut referatur extra, Ne Clerici vel Monachi cap. 1. Multa sunt negotia secularia, de quibus pauca perstringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia. Quicquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum est: Munera iniuste accipere, vel etiam dare: Pro aliquo seculari questu, pretio aliquem conducere:



Contentiones, vel lites, vel rixas amare: In placitis secularibus disputare, excepta defensione Orphanorum aut viduarum: Conductores secularium rerum aut procuratores esse: Turpis verbi vel facti esse ioculatorum, vel iocum secularium diligere: Aleas amare: Ornamentum inconueniens proposito suo querere: In deliciis vivere velle: Gulam & ebrietatem sequi: Pondera iniusta vel mensuras habere: Negotium iniustum exercere: Nec tamen iustum negotium est contradicendum (aliàs, est eis contradicendum) propter necessitates diversas, quia legimus Sanctos Apostolos negotiati (aliàs, negotiatores) fuisse: & in Regula beati Benedicti precipitur provideri, per quorum manus negotia Monasterii procurantur: Canes & (aliàs, vel) aves sequi ad venandum: & omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia & his similia, ministris altaris Domini & Monachis omnino contradicimus, de quibus ait Apostolus: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.

Ubi Gloss. verb. Apostolos: Paulum scilicet 2<sup>o</sup> 1. c. 1. in fine, ibi: Quia enim per turpe lucrum in Ecclesiasticis rebus efficiuntur, aliena consistunt à Deo: ad vitam verò huius necessitatem studia sunt diversa. Ex his ergo qui viderit acquirat corporis oportuna. Aut enim Apostolus: Ad ea quae mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istae.

Ubi Gloss. verb. Necessitatem. Quasi, inquit, dicat: quid faciet ergo Clericus, si habeat pauperem Ecclesiam? Respondeo: quarat victum artificio honesto, ut 9<sup>o</sup> 1. dist. Clericus victum & vestimentum sibi artificio vel agricultura, absque officio sui dimittat detrimento, patet. Ita Conc. Carthag. 4. cap. 52. Igitur congrua sustentatio non excludit artificium honestum vel agriculturam, sed mendicationem & sordidum quæstum. His prænotatis circa explicationem nominis, ad rem ipsam accedamus.

Non fuisse licitum, etiam ante Conc. Trident. suscipere Ordines absque aliquo titulo, ex quo Clericus posset congruè sustentari, colligunt DD. ex Concilio Chalcedonensi, in quo can. 6. (& refertur dist. 70. cap. 1.) sic statutum est: Neminem absolute (id est, sine titulo) ordinari Presbyterum, vel Diaconum, vel quemlibet in Ecclesiastica Ordinatione constitutum, nisi manifestè in Ecclesia civitatis, sive possessionis (id est, patrimonii) aut in Martyrio (id est, ubi sunt reliquiae Martyrum, vel in Ecclesia Regulari) aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur Ordinationis publicata vocabulum. Eos autem, qui absolute ordinantur, decrevit sancta Synodus vacuum (quoad executionem, non quoad characterem) habere manus impositionem, & nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinavit.

Ubi Gloss. verb. Ad iniuriam: Et etiam, inquit, suum delictum, quia se sic permisit promovendi, aliàs alterius odio non debet alius prægravari, Cod. de inoff. test. Si quis in suo. extra de His qua fiunt à majori parte Capituli, c. Quæsit, in fine.

Idem statuit Urbanus 2. in Conc. habito

Placencia, ut refertur eadem dist. c. 2. Sanctorum, inquit, canonum statuti confirmati iudicio decernimus, ut sine titulo sacra Ordinationa habeatur. Ergo tunc temporis ordinati sine titulo ipso iure erant suspensi ab executione suorum Ordinum.

Atque hanc Constitutionem, etiam de minoribus Ordinibus, intelligit Gloss. in præfatum cap. 1. verb. Neminem, dicens: Etiam in minoribus Ordinibus non debet ordinari, arg. 12. q. 1. Videntes. 32. dist. Si qui verò; eam enim habet officium in Ecclesia, ergo & beneficium debet habere, extra de Præbend. Dilectus. extra de Finis Presby. proposuit, ne dicatur mendicari in placet ipsius Clericus, ut 93. dist. Diacom.

Pro eadem sententia Sanchez de Ord. c. 1. dub. 37. n. 1. citat Panormitanum c. 2. de Præb. n. 2. & Hugonem cap. Neminem, dist. 70. Ex alterius probatur; quia c. 2. de Præbendis, dicitur: Non liceat ulli Episcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias præstare; sed duorum alimoniam eligat: vel non faciat Clericos, vel si fecerit, de illis unde vivere possint. Ubi jus generaliter de omnibus Ordinibus loquitur.

Similiter generaliter loquitur cap. 1. dist. 70. ut patet ex verbis mox relatis. Ubi etiam cap. Cum secundum, 16. de Præb. Cum secundum Apostolum, qui altari servit, vivere debet à altari: & qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede: patet à simili, ut Clerici vivere debeant à patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur, ut ipsa nominis ratio persuadet &c. Licet autem Prædecessores nostri Ordinationes eorum, qui sine titulo promoventur, in iniuriam Ordinationis vitæ esse voluerint & inanes: Nos tamen benignè accipientes, tandem per Ordinatores, vel ipsorum eorum provideri volumus ordinatis, donec per Ecclesiastica beneficia consequantur. Ita Innocentius 3. Zamorem, Episcopo. Commutatam poenam suspensionis, in poenam sustentationis, poenam Ordinatorum, in poenam Ordinationis.

Nihilominus opposita sententia omnino tenenda (inquit Sanchez supra n. 2.) & Ideo Episcopus promovens ad minores Ordines aliquid beneficium, & patrimonio, nec peccat, nec tenetur alere sic ordinatum. Quippe cap. Episcopus, 4. de Præbend. solum loquitur de Presbytero & Diacono: Episcopus, inquit, si aliquem sine titulo, de quo necessaria vita percipit in Diaconum vel Presbyterum ordinaverit: tandem ei necessaria subministret, donec in aliqua Ecclesia ei conveniant stipendia militis Clericalis assignet: nisi talis ordinatus de sua vel paterna hereditate substatum vitam possit habere. Ita Alex. 3. in Conc. Lateranensi.

Ubi Gloss. verb. Diaconum, idem, inquit, de Subdiacono, infra eod. Cum secundum. Subscribo verb. textus. Inde est quod cum G. later presertim à Prædecessore tuo fuerit ad Subdiaconatum, nullo præsentante, promotus; Mandamus operari si eum, hi quibus ex aminationem ipsius decretum committendam, te citato legitime, ut per te ipsum vel alio

Congrua sustentatio non excludit artificium honestum vel agriculturam.

134. Olim nemo poterat ordinari sine aliquo titulo, ex Conc. Chalced.

135.



neum responfalem interis: & tam fuper idoneitate perfonae, quam etiam fuper quantitate ac qualitate beneficii proponere tibi liceat, quidquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum effe repererint, tamdiu ei vita neceffaria congrue fubminiftrare, donec per te in Zamorensi Ecclefia, vel alia fuerit competens beneficium Ecclefiafticum affectus &c.

Itaque licet priora verba, fuprà allegata prima lententia, videantur effe generalia, fatís determinantur per hæc pofteriora ad factos Ordines, ut proinde merito Summarium capitis dixerit: Ordinato ad factos per Epifcopum fine titulo, nomine præfentante, Ordinator vel fuffeffor compellatur in neceffarijs providere, donec titulum habuerit.

138. Uti etiam rap. 16. eod.

& cap. 37. sed. in 6.

Et fimiliter cap. Si Epifcopus, 37. de Præbend. in 6. agitur dumtaxat de Ordinibus factis, ut patet ex ejus verbis, quæ hic exferenda duxi, propter alias quæftiones, quæ ex illis infrà refolvendæ funt: Si Epifcopus, (inquit Bonifacius VIII.) cui nullis perfonis expreffis, in genere commiffi, ut vice tua Ordines in tua Diocefi celebraret, ad factos Ordines promoveret quæmpiam, titulum non habentem; ei (cum in culpa fuerit, taliter ordinando eundem) tenetur vita neceffaria miniftrare, donec fibi per eum, vel alium de competenti beneficio fit provifum. Si vero certas commiffi eidem ordinare perfonas, tu (qui providere hoc cafu, an haberent titulum deluifit) taliter ordinato ad prædicta, donec per te beneficiatus fuerit, obligatus exiftis. Eis autem quibus à Diocefanis datur licentia, ut poffint à quo voluerint Epifcopo ad omnes factos Ordines promoveri: non quæ ordinant, fed qui tribunt licentiam (cum eam dare non debeant titulum non habenti) ad præmiſſa, fi titulum non habent, obligantur. Si autem eadem foret ratio minorum Ordinum, cur Pontifex eorum non meminiffet?

Similiter & Conc. Trid.

Et verò etiam Trident. agens de hac materia, eorum dememinit, ut patet ex feff. 21. de refor. c. 2. ibi. Statuit fancta Synodus, ne quis deinceps Clericus fæcularis, quavis alias fit idoneus moribus, fcientiâ, & ætate ad factos Ordines promoveatur, niſi prius legitime conftet eum beneficium Ecclefiafticum, quod fibi ad vitam honefte fufficiat, pæcificè poffidere. Ubi loquitur de folis Ordinibus factis feu majoribus.

139. Non est eadem ratio minorum Ordinum.

Neque eft eadem ratio Ordinum minorum, quia in his exiftens, poteft retrocedere ab habitu Clericali; non verò exiftens in illis. Et fanè eſt jura antiqua contrarium ftatuiffent, tamen hodie per contrariam confuetudinem legitime præfcriptam, in hac parte revocata funt.

Navarrus

Hanc confuetudinem teftatur Navarrus lib. 1. Confil. tit. de Temp. Ord. Conf. 14. n. 1. dicens, jure antiquiffimo ftatutum fuiſſe, ordinatum fine titulo beneficiali, vel patrimoniali incurtere fufpenfionem ipfo jure; immò, inquit, prædictum cap. Neminem, adjunctâ Gloſſâ in verb. Neminem, idem probat effe dicendum de ordinato ad minores Ordines, cujus tamen contrarium fervatur ubique, idque fervandum

videtur fenſiſſe Concilium Trident. quatenus folùm prohibet ordinari fine titulo ad Ordines factos. Hæc ille.

Et conſequenter tum Trident. folùm prohibeat ordinari Clericos factos, ut patet ex verbis fuprà relatis; ibi: Clericus factus, liquet profectò; Clericos Regulares poſſe ordinari fine titulo beneficiali, vel patrimoniali, quod etiam ubique fervatur, & procul dubio fervandum eſt; intelligendo tamen Regulares profefſos. Et ratio eſt, quia in ipſis ceſſat adæquatè finis legis, cum per Profefſionem, ut fic dicam, ipſis provifum fit de neceſſarijs ad honeſtam ſuſtentationem.

140. Regulares poſſunt ordinari fine titulo beneficiali & patrimoniali.

Porro quoniam Novitius nondum eſt proviſum, utpote qui dimitti poſſint, & propriâ ſponte à Religione exire, ideo de ipſis contrarium declaravit ac decrevit Pius 5. Bullâ: Romanus Pontifex, 75. apud Cherubinum, in qua prædictum decretum Concil. Trident. de Clericorum factorum ad factos Ordines promotione, extendit ad Clericos Regulares five factos; more Religioſorum in communi viventes; qui nunquam, feu non niſi ad certum tempus, Profefſionem emittunt.

ſecus Non vult, ex Bullâ XII V. 75.

Do verba Pontificis. Nos igitur, qui ſingulorum Dei miſtrorum honorem & decus, quantum in nobis eſt, ſinceris exoptamus affectibus, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientiâ, deſq; Apoſtolica poteſtatis plenitudine, hac perpetuò valitura ſanctione, decretum prædictum de Clericis factis loquens; ad omnes & ſingulos, etiam cujſcumque Ordinis Clericos Religioſos five factos more Religioſorum viventes in communi, non profefſos harum ferie extendimus & ampliamus, ac Religioſis & alijs prædictis, non profefſis, ad factos Ordines promoveri, nec non omnibus & ſingulis venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepifcopis, & Epifcopis, gratiam & communionem Sedis Apoſtolice habentibus, ut Ordines ipſos huiſmodi Religioſis perſonis impendere; niſi obſervatâ formâ dicti decreti, nos virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna interdiciamus & prohibemus, ac contra facientes per annum à præſtatione talium Ordinum ipſo iure ſuſpēdimus.

Statuentes & decernentes, promotiones quarumlibet religioſarum perſonarum prædictarum ad Ordines huiſmodi, contra ipſius decreti Conc. Trident. formam, etiam cuiſvis licentiâ illis ab Apoſtolica Sede, vel illarum Superioribus cuiſcumque dignitatis, ſtatûs, gradûs & præminentia exiſtant, eſſi Pontificali dignitate fungantur, vel Cardinalatus honore præfulgeant conceſſe, prætextu factas, executione prædictorum Ordinum omnino carere, nullasq; proſus & irritas exiſtere, ſicq; promotis perſonas in altaris miſterio miniftrare non poſſe. Quinimo miſtrantes, privilegii, exemptionibus, immunitatibus & alijs gratis Clericis conceſſis omnino privati, & irregulâritatis alijsq; in dicto decreto contentas pœnas eo ipſo incurtere, à quibus niſi à Romano Pontifice, vel in motus articulo minime abſolvi poſſint.

Per quam utique Conſtitutionem, ut ad oculum



lum patet, graviori puniuntur predicti Regulares, quam saeculares per Trid. aut alia antiquiora jura, similiter innotet, qui predictos Regulares promovent, quam qui promovent saeculares.

Postea tamen Gregor. 13. Bulla: Ex Sedis Apostolica benignitate, concessit Clericis Societatis Iesu, ut liberè ordinari possent, quamvis non adhuc solemnè & ultimà professione emissà, emissis tamen simplicibus votis post consueta probationem, ibi: Nec non ut ii, qui tria vota predicta in eadem Societate emisserint, de licentia sui Praepositi Generalis ad sacros, etiam Presbyteratus Ordines, etiam ante solemnem professionem emissam, dummodo alias aetate, moribus & doctrinà idonei sint, promoveri valeant, instituta predicta approbantes, tenore praesentium auctoritate Apostolica, quatenus opus sit de novo concedimus. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, & in specie Constitutione Pii 5. Praedecessoris nostri, quã decretum Concilii Trident. quod incipit, Cùm non deceat, ad Clericos Regulares non professos extendit, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Roma apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die ultimà Februarii 1573. Pontif. nostri anno 1.

141. Excep-tion-tul Clericis Societatis Iesu per Bullam Greg. XIII

142. Quid si invalide professus susciperet Ordines titulo paupertatis?

Portel. Rodrig. Sayras.

Sed nunquid si aliquis esset professus invalide, & id probè sciret, suscipiendo Ordines Tit. paupertatis religiosæ, peccaret mortaliter, & incurreret predictas pœnas Pii 5.?

Respondeo affirmativè; nisi professionis invaliditas posset suppleri consensu ipsius professi, & hic eo ipso actu suppleri intenderet. Ita docet Portel verb. Ordines sacri. n. 8. Ordinatur enim tunc sine titulo patrimonii vel Religio-nis; quod est contra jus commune, Rodrig. Addit. ad Sum. tom. 4. c. 65. n. 10. & propterea manet suspensus, Sayras lib. 4. de Cen. c. 13. n. 14. Hæc ille. Addo ego; & ordinatur tamquam Clericus Religiosus; ergo incurrit pœnas Constit. Piana.

143. An Clericus secularis possit resignare beneficium Conc. Trid.

Sed relicto Clerico Religioso, patet ex Tridentino præallegato, Clericum saecularem non posse deinceps ad sacros Ordines promoveri, nisi prius legitimè constet, eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad vitam honestè sufficiat, pacificè possidere. Id vero beneficium (subjungit Conc.) resignare non possit, nisi factà mentione, quod ad illius beneficium titulum sit promotus; neque ea resignatio admittatur, nisi confitito, quod aliunde vivere commode possit, & aliter facta resignatio nulla sit. Patrimonium verò vel pensionem obtinentes ordinari post hac non possunt, nisi illi, quos Episcopus iudicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum; eo quoque prius perspecto, patrimonium illud vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint: atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extinguì vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant unde vivere possint, antiquorum Canonum pœnas super his innovando.

144. Quæ pœnas hic innovet

Circa quæ verba multæ moventur quæstiones & difficultates, ideoque enucleatius hic

sunt explicanda. Vt autem ab ultimis incipiamus: Quærunr DD. quas pœnas, five quorum Canonum pœnas Concilium innovet, nam Canones: Neminem, & Sanctorum, imponunt ordinato pœnam suspensionis: Canon verò: Cùm secundum, ordinanti pœnam sustentandi ordinatum, donec provideat ipsi de congruo beneficio, vel aliunde habeat, unde honestè vivere possit.

Et quidem Concilium intelligendum esse de hac pœna, nemo dubitat; sed Multi (quos vide apud Dianam part. 2. tract. 2. Miscel. res. sol. 5.) docent, de priori pœna non esse intelligendum, citantes Declarationem Card. in hæc verba: Concilium renovat tantum pœnam cap. Cùm secundum, in quo commutatur pœna suspensionis, in pœnam seu obligationem pœnalem sustentandi, ita ut secundum hanc sententiam (quæ videtur Diana supra probabilior, & ideo in praxi tutissima) Episcopus teneatur victum præbere ordinato; ipse autem absque ulla suspensione Ordine accepto utatur.

Sed oppositam sententiam docet Noverrus supra n. 4. ubi proposità sibi hac quæstione, ait: Quidquid aliàs visum fuerit, arbitratim respondendum, intelligi debere (Concil. Trident. de utraque (pœna) de pœna ordinandi) de utraque (pœna) de pœna ordinandi, quando solus ordinans est in culpa, decipiendi ordinatum, dicendo, quod habet titulum beneficium, vel saecularem sufficientem; de pœna verò cap. Cùm secundum, quando solus ordinandus est in culpa, quando solus ordinans non habet ullum titulum, & ignorat illud habere necessariò requisita ad Ordinem suscipiendum; & de pœna utraque, quæ uterque tam ordinans, quam ordinatus in culpa. Ita quod in primo casu, quando solus ordinatus est in culpa, ipse manet suspensus, juxta Canones illos: Neminem, & Sanctorum, & ordinans manet impunitus. In secundo verò casu, quando solus ordinans est in culpa, ipse teneatur victum præbere ordinato, qui absque ulla suspensione Ordine accepto utatur. In tertio verò, cùm uterque est in culpa, uterque pœniamur, ita ut ordinatus maneat suspensus per predictos duos Canones: Neminem, & Sanctorum, ordinans autem teneatur ei victum præbere, juxta dictum cap. Cùm secundum.

Pro qua nova & vera resolutione factè oportet correctio iurum est vitanda, cùm rationabiliter possunt reconciliari, cap. Cùm ex parte, de Elect. in 6. & l. 1. C. de Inoff. dotib. & quod non est præsumendum velle Legislatorem canonem verbo destruere jura antiqua, cap. vestra, 2. de Elect. & leg. si quando C. de Inoff. testa. & ita non est præsumendum predictum Concilium voluisse delere predictos Canones, quatenus conciliari possunt: & quod ob solam culpam ordinati, non est puniendus ordinans, nec contra ob solam culpam ordinantis, ordi-



natus; neque alter eorum debet esse impunitus, eò quòd alter puniatur juxta leg. *Gracchus*, C. ad leg. Jul. de Adul. & quod Cælestinus dixit in cap. *Quæsit*, de His quæ fiunt à majori parte, peccata suos Auctores tenere debere, nec pœnam ulterius protrahendam, quàm delictum fuerit in excedente repertum. Haculque Navarrus.

147. Declaratio Card. in oppositum non est authentica.

Quam etiam sententiam amplexi sunt alij plures & graves Auctores, quos vide apud Diamam suprâ, qui dicunt illam declarationem non constare authenticè; quod ego facile credidero post Constitutionem Urb. VIII. de qua non semel in hoc opere fecimus mentionem; ut proinde judicem, etiam hanc sententiam satis probabilem esse; tum, quia planè convenit, ut non solus Episcopus, malâ fide ordinans, puniatur; sed etiam Clericus, malâ fide suscipiens Ordines; tum, quia Concilium ait: *Antiquorum Canonum pœnas super his innovando*; jam autem juxta priorem opinionem non innovat pœnas, sed unicam pœnam, scilicet obligationem impositam Episcopo.

Quam vim habeat ly *Innovat*.

Et aliudè ly *Innovat*, non habet tantùm vim confirmandi pœnas tunc extantes, sed reparandi etiam alias revocatas & extinctas; sic quippe innovatio privilegiorum, secundùm communem sensum Doctorum, non solùm afficit privilegia adhuc extantia in suo robore, sed etiam privilegia dudum extincta. Ac proinde nulla est ratio ly *Antiquorum Canonum*, potius referendi ad can. *Episcopus*, qui est Alex. III. & can. *Cum secundum*, qui est Innoc. III. quàm ad can. *Neminem*, qui est Conc. Calced. & can. *Sanctorum*, qui est Urb. II. immo magis propriè (ut vult Aversa q. 3. secl. 10. §. Et hoc quidem) ad hos, tamquam vetustiores, quàm ad illos, utpote recentiores, extenditur.

148. Obediunt rationes Navarræ parum probare.

Quòd attinet ad rationes Navarræ, suprâ ex ipso allegatas, meo judicio, salvo meliori, parum probant; nam aliud est corrigere & destruere jura antiqua, aliud non innovare jura antiqua priùs destructa; hoc, secundùm priorem sententiam, facit Trident. minimè illud; cùm ante Trident. canones *Neminem*, & *Sanctorum*, jam forent correcti & destructi per canonem *Cum secundum*.

Deinde, etiam secundùm priorem sententiam, ob solam culpam ordinati, non puniuntur ordinans; nec ob solam culpam ordinantis puniuntur ordinatus; neque ordinatus impunitus est, quia puniuntur ordinans; sed ordinans malâ fide, propter propriam culpam puniuntur; quippe si faceret bonâ fide, non obligaretur ad sustentationem, ut ipse Navarrus suprâ docet.

Et consimiliter, non puniuntur ordinatus, etiam in secunda sententia, ob solam culpam ordinantis; quia teste Navar. suprâ, si ordinatus processit bonâ fide, neque secundùm illam sententiam incurrit suspensionem, multò minùs in secunda sententia. Quòd autem in secunda

sententia non puniatur, etiam dum malâ fide procedit; non fit ex eò, quòd ordinans puniatur; quia fieri posset, quòd nec ille puniretur, si videlicet processisset bonâ fide, ut mox dictum est; sed quia Innoc. 3. miriùs voluit cum ordinato agere, quàm cum ordinante, eò, quòd ordinans, sicut superiùs adhuc dixi, ex officio obligetur conferre Ordines, juxta leges ab Ecclesia præscriptas; ordinatus autem, quàmvis etiam juxta leges eisdem, teneatur Ordines suscipere, non tamen ex officio seu speciali aliquo titulo, & ideo minùs peccat, adeoque minùs meretur puniri, ut propterea Innoc. judicaverit sufficere pœnam, ab Episcopo, quem decepit, juxta quantitatem delicti, imponendam.

Quæris à me, unde sciam, quòd Episcopus, procedens bonâ fide, non obligetur ad sustentationem?

Respondet: ex cap. *Si Episcopus*, de Præb. in 6. superiùs allegato, ibi: *Et cùm in culpa fuerit taliter ordinando eundem tenebitur vitæ necessaria ministrare*. Ergo si non fuerit in culpa non tenebitur vitæ necessaria ministrare. Breviter; quia hæc obligatio est pœnalis propriè dicta, quæ non infligitur sinè propriè dicta culpa. Neque constitutio pœnalis extendenda est, sed potius restringenda. Vide Navar. suprâ cons. 46. quem sequitur Sanchez de Ord. cap. 1. dub. 34. n. 7.

Ex quo inferet n. 8. quòd, si Episcopus ordinet habentem beneficium; vel patrimonium, quod tamen calu postea deperdat, non teneatur Episcopus alere ordinatum; quia nullam ordinando contraxit culpam.

Contrarium videtur dicere Gloss. cap. *Tuis*, 23. de Præb. verb. *De patrimonialibus* ibi: *Sed quid si patrimonium istorum periret chasmate, vel alluvione, nunquid tenebitur istis providere? Dominicalis questio consuevit esse, tamen satis videtur, quòd Episcopus debeat eis providere in beneficio Ecclesiastico; quia cùm isti ad sculum redire non possint, redundaret in approprium Ordinis clericalis*.

Respondet Sanchez suprâ; id intelligendum esse de generali obligatione, quæ tenetur Episcopus pauperibus subvenire, & non de speciali obligatione, consurgente vigore Ordinationis, & sic se explicat Gloss. cap. *Cum secundum*, verbo: *Donec per te*, ibi: *Quid si Episcopus ordinavit eum ad aliquem titulum, & ille est evictus ab eo, nunquid Episcopus tenetur de evictione? Arg. quòd non, quia donator non tenetur de evictione &c. Dixit vnic. quòd Episcopus specialiter non tenetur; si dedit ei beneficium sufficient, & factum sit insufficient & extinatum &c. tenetur tamen generali obligatione, quia tenetur providere & ordinare Ecclesius omnes sui Episcopatus, de consec. dist. 1. cap. Omnes. Pro qua explicatione citat ibi Sanchez alios graves Auctores; & testatur esse communem.*

Cæterùm quando censetur proprius Episcopus esse in culpa, & per consequens alere teneatur, dum suo subdito dat literas dimissorias, & ordinatur ab alio Episcopo sinè beneficio, aut patrimonio.

149. Episcopus procedens ex bona fide non obligatur ad sustentationem. ex cap. 17. de Præb. in 6.

150. Quid si post Ordinationem beneficium vel patrimonium deperdat.

151. Quando censetur proprius Episcopus esse in



in cul'pa, ex c. 37. de Præb. in 6.

patrimonio, satis manifestè patet ex cap. Si Episcopus, de Præb. in 6. superiùs allegato. Tantiùm addo: Si dicat proprius Episcopus in dimissoriis: Si ad hoc idoneus & debet inuitatus repositus fuerit, tenetur ordinans alere; quia tenebatur examinare, & per consequens fuit in culpa, saltem quo ad forum externum; immo etiam internum, nisi ignorantia aut inadvertentia invincibilis excuset; & quia hæc in foro externo non facillè præsumitur, ideo cogeretur alere; argumento cap. Cùm secundum, de Præb. in fine ibi: Scitatis pro certo, quòd si per examinationem eorum fuerit repositus idoneus, & tu ei juxta mandatum nostrum neglexeris providere, cum hoc nobis per litteras eorum innotuerit, ad id exequendum, te per distractionem Ecclesiasticam compellemus.

152. Obligatio providendi transit ad successorem.

Sciendum porò hanc obligationem providendi, quàmvis sit pœnalis respectu ipsius Ordinatoris, tamen transire ad successorem ejus, ut patet ex dict. cap. Cùm secundum, ibi: Nos tamen benignius agere cupientes, tantùm per Ordinatos vel successores eorum provideri volumus ordinatis, donec per eos Ecclesiastica beneficia consequantur.

Ubi Gloss. verb. Successor, interrogat: Sed quare convenitur hic successor ex delicto defuncti, cum regulariter crimina morte extinguantur, 23. dist. Quorundam, & C. Si reus vel accus. mort. fue. l. 2. & successor non convenitur ex delicto defuncti, C. Ne ex delict. defun. l. unica?

Respondet: Ne in clerici opprobrium mendicare cogantur, 93. dist. Diaconi. Vel dic, quòd non tam successor, quam Ecclesia puniuntur in hoc casu, quæ non resistit Episcopo in tali promotione, nam sine consilio Ecclesie non facit Ordinationem, 24. dist. cap. penult. Unde puniuntur si ei delinquenti non resistit, 2. q. 7. c. Quapropter. Et hoc intelligo, quando ipse Episcopus Examinavit, si autem alii examinaverunt, ipsi tenebuntur, 54. dist. Si servus, 24. dist. Quando. Et hoc innuit, quòd dicitur infra, Nullo presentante. Hæc Gloss.

Et ratio est; quia quando alius præsentat, ejus, & non Episcopi est inquirere titulum; adeoque Episcopus non est in culpa, si absque titulo ordinetur, sed qui præsentavit; & ideo, juxta superiùs dicta, Episcopus non puniuntur, sed potiùs præsentans.

153. Prius debet compelli hæres quam successor. Sanchez. Imola. Hostiensis. Panor.

Notat autem Sanchez supra n. 12. ex Imola, Innoc. & Hostiensis in dictum cap. Cùm secundum, priùs debere compelli hæredem in bonis patrimonialibus Episcopi ordinantis, quàm successorem; quia ex quasi contractu videtur descendere hæc obligatio. Additque Hostiensis, quòd ordinans priùs debet compelli, etiamsi esset depositus, vel qualitercumque amotus ab Episcopatu; licet Panor. dicto cap. Cùm secundum, n. 11. dicat, id esse verum, quando Ecclesia Cathedralis est pauper; nam si habeat, unde alar, priùs ipsa, quàm hæredes, debet compelli; quia tunc obligatio est realis Ecclesie, & non personalis Ordinatoris. Immo si ordinatus ex negligentia non petat hæc alimenta ab Ordina-

to, & hic postea depauperetur, potest petere à successore. Sic Imola cum Innoc. dicto Cap. Cùm secundum, n. 9.

Si autem à me queritur; an omnibus ordinatis eadem sint alimenta præstanda? Respondeo cum Gloss. supra: In hac provisione dignitas promoti est attendenda, arg. 41. dist. Non cogentur ff. de lu. l. Sed & si susceperit §. 2. & infra c. De multa. Item considerantur facultates Ecclesie, arg. ff. de Adm. tu. l. Cùm plures, §. Cùm tutor, & ff. de Rel. & sumpt. su. Si quis sepulchrum, §. Sumptus.

Et alia Gloss. cap. Episcopus, eodem, verb. Necessaria, inquit; Consideratis facultatibus Ecclesie & dignitate ipsius Clerici, arg. ff. de ali. vel ali. leg. Cùm alimenta. Comprehenduntur autem ista hæc alimenta cibaria, vestes, habitatio, medicus, medicina, ut latius probat Imola dicto cap. Episcopus, n. 5. & Panorm. dicto cap. Cùm secundum, n. 9.

Quale ergo, interrogat aliquis, requiritur beneficium vel patrimonium? Nonne enim in his attendenda est dignitas promovendi? Atque te resolutionem.

Adverte primò; quòd ait Navar. supra Cor. fil. 14. n. 2. Secundum antiquos Canones beneficium quilibet titulus beneficiarius Ecclesiasticus, vel patrimonialis etiam secularis, non oportet quòd titulus sit beneficiarius Ecclesiasticus, & sufficiens ad sustentandum ordinatum, & quòd non sufficiat titulus penitentiæ vel patrimonij secularis, adeò quòd vidimus Patrem Episcopatus Palentini, negatam fuisse Ordinationem ad primum Sacrum, ob defectum tituli, cuidam. licet haberet patrimonium trium trium millium scutorum, & quidem Hæc ille.

Sed verius apparet, quòd etiam per aliquo requiratur beneficium, aut patrimonium sufficiens ad sustentationem; quàmvis enim in cap. Neminem, & cap. Sanctorum, id non exprimitur, ratio tamen postulat, scilicet ne Clerici in opprobrium Ordinis cogantur mendicare, cogere autem mendicare, si sit defectus beneficium, vel patrimonium insufficientis ad sustentationem.

Deinde expressum habetur cap. Episcopus, de Præb. ibi: Tantùm ei necessaria subministrantur donec in aliqua Ecclesia ei convenientia stipendia ministeria clericalia assignent. Et cap. Tuis, 23. eod. tit. quentis tenoris: Tuis questionibus respondens, quòd Clericos in minoribus Ordinibus constitutos, de patrimonialibus bonis habentes, unde possunt congruè sustentari, etsi nondum fuerint beneficiarii Ecclesiastici, ad superiores potest Ordines promoveri. Ubi Gloss. verb. Congruè sustentari, ait: Aliis non debet ipsum promoveri, quòd si fecerit, tenetur ei id supplementum.

Adverte secundò; licet jure antiquo non sufficiat



157. An sufficiat collatio beneficii abique possessione. Sufficeret titulus beneficii in spe, puta quod ordinandus haberet literas expectativas ad beneficium, esto etiam jam foret approbatus idoneus per executorem, sed requireretur titulus in re; attamen fat erat titulus beneficii verè & legitime acquisitus per legitimam collationem, tamen nondum acquisivisset possessionem; quia per solam collationem abique possessione, jus acquiritur in re in beneficio, & verè dicitur beneficiatus, ut patet ex cap. ultimo de Concess. Præbend. in 6. in fine ibi: ut

omnes hujusmodi gratia (quarum ratione tunc non erat ad collationem processum, & sic per consequens jus in re non fuerat ipsi impetrantibus acquisitum) intelligantur penitus revocata.

Ergo si fuisset ad collationem processum, per consequens jus in re fuisset ipsi impetrantibus acquisitum; juxta Gloss. cap. penult. de Præbend. in 6. verb. Collatio. Ubi sic ait: Quia si præcessisset collatio, jus habuisset non ad rem, sed in re. Et ratio est (inquit Sanchez supra cap. 34. n. 5.) quia actionem habens, rem ipsam, pro qua competit, habere videtur, cap. Qui actionem de Reg. Juris in 6. Hæc ille.

158. Sed ego hoc cap. non invenio sub illo titulo; sed ff. eod. l. 15. sic lego. Is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. Et verò quid juvat habere jus in re, si non speretur pacifica possessio beneficii & receptio fructuum, qui sunt necessarii, ut ordinatus honestè possit vivere, & non cogatur mendicare?

Et hinc merito, quidquid sit de jure antiquo, Tridentinum supra postulat pacificam possessionem beneficii, non cujuscumque, sed quod ad victum honestè sufficiat, considerat etiam dignitate personæ. Nulla quippe est ratio, quare potius attendenda sit dignitas personæ in præstatione alimentorum, quam in beneficio ac patrimonio, nam ex beneficio vel patrimonio præstantur alimenta.

159. An hic etiam debeat considerari dignitas personæ? Videtur quod sic. Ergo sicut Episcopus, quando sine titulo ordinavit, plura alimenta debet præstare ordinato nobili, quam ignobili; quia ille pluribus indiget ad decenter vivendum, quam hic; pariter ratione non poterit ordinare nobilem, nisi constet eum habere pinguis beneficium, aut patrimonium, quam illud, quod præcisè sufficeret pro Ordinatione ignobilis.

Hinc scriptum habes cap. De multa, 28. de Præbend. in fine. Circa sublimes tamen & literatas personas, que maioribus sunt beneficiis honoranda, cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium. Ubi Gloss. verb. Sublimes & literatas, sic ait: Est ergo argumentum, quod secundum qualitatem personarum beneficia sunt conferenda; arg. 41. dist. Non cogantur.

Sed contrarium docet Garcia de Benef. part. 2. c. 5. n. 114. cum aliis, quos citat. Ratio eorum est, quia Concilium solum requirit sufficientiam ad honestè vivendum juxta quali-

tatem Clerici ut sic, ita quod non cogatur mendicare. Et putat Garcia n. 116. priorem sententiam esse nimis rigidam, nec in praxi servari. Praxis itaque consulenda & observanda, quidquid sit de speculatione.

Cæterum quod beneficium, vel patrimonium singulis sufficiat ad honestam sustentationem omnibus consideratis, prudens vir arbitrari debet; quippe determinatio eorum, quæ indeterminatè à jure statuuntur, prudenti viro, nempe judici, relinquatur; arg. cap. De causis 4. de Offic. deleg. ibi: Illis etiam, qui pro causis, tibi commissis, ad citationem tuam venire, aut tuo super his parere iudicio neglexerunt: si tale fuerit negotium, quod contra ex inde pœna in canonicis exprimitur, eandem infligas: alioquin ipsos pro delicti qualitate, & causa, secundum tuum arbitrium punire poteris Et leg. 1. ff. de lute delib. ibi: Cum dicit tempus, nec adiuvi diem, sine dubio ostendit, esse in ius dicentis potestate, quem diem præstituat.

Cum ergo Tridentinum requirat beneficium, vel patrimonium, quod sibi ad victum honestè sufficiat, nec adiciat quantitatem aut qualitatem, & uni pauciora sufficiant quam alteri; sine dubio ostendit, esse in Episcopi aut alterius jus dicentis potestate, quam quantitatem aut qualitatem præstituat. Ubi ergo præstitutio seu taxatio per Episcopum vel Synodum Episcopalem facta fuerit, hæc necessariò erit observanda.

Quod si modicum deficiat ad honestam sustentationem v. g. duo ex triginta, parum facit, quia de modico non est curandum, arg. l. 4. ff. de In integr. restit. Scio illud à quibusdam observatum, ne propter satis minimam rem vel summam, si majori rei vel summe præiudicaretur, audiat is, qui in integrum restitui postulat. Hinc commune dictum: Quod parum est, pro nihilo reputatur. Et sanè propter defectum duorum ex triginta nemo cogitur mendicare.

Sed quid si fuerit defectus quinque respectu viginti quinque? Sanchez supra dub. 35. n. 8. putat eum esse notabilem. Quod etiam docet Navar. supra conf. 23. secundæ editionis, ibi: Secundò, quod defectus quinque respectu viginti quinque videtur esse notabilis; argumento eorum, quæ notantur in l. 2. C. de Rescind. vend. & in cap. Cum dilecti de Empt. Navarrum & Sanchez sequitur Diana p. 4. tract. 4. re. Dian. fol. 52.

Sed quia varia judicia hominum, fortè quod his apparet notabile, aliis videbitur modicum; præsertim attento sine legis, qui est, ne ordinatus cogatur mendicare cum dedecore sui status. Et ideo puto Averfam q. 3. sect. 10. §. Vno modo, tamen si ponat exemplum modici defectus ex Diana supra, si ex 25: (debuisset dicere ex 30. sic enim habet Diana) deficiant duo; equidem tacet exemplum notabilis defectus. Interim Episcopus, qui cum defectu nota-

M m m m bilij

160. Quod beneficium aut patrimonium singulis sufficiat, relinquatur prudenti iudicio. c. 4. de Offic. deleg.

l. 1. ff. de lute delib. vend.

161. Quid si deficiant duo ex triginta? l. 4. ff. de In integrum restit.

Quid si deficiant 5. ex 25. Sanchez. Navar.

162. bilij

157. An sufficiat collatio beneficii abique possessione. 158. Sed ego hoc cap. non invenio sub illo titulo; sed ff. eod. l. 15. sic lego. Is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. Et verò quid juvat habere jus in re, si non speretur pacifica possessio beneficii & receptio fructuum, qui sunt necessarii, ut ordinatus honestè possit vivere, & non cogatur mendicare? 159. An hic etiam debeat considerari dignitas personæ? Videtur quod sic. Ergo sicut Episcopus, quando sine titulo ordinavit, plura alimenta debet præstare ordinato nobili, quam ignobili; quia ille pluribus indiget ad decenter vivendum, quam hic; pariter ratione non poterit ordinare nobilem, nisi constet eum habere pinguis beneficium, aut patrimonium, quam illud, quod præcisè sufficeret pro Ordinatione ignobilis. Hinc scriptum habes cap. De multa, 28. de Præbend. in fine. Circa sublimes tamen & literatas personas, que maioribus sunt beneficiis honoranda, cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium. Ubi Gloss. verb. Sublimes & literatas, sic ait: Est ergo argumentum, quod secundum qualitatem personarum beneficia sunt conferenda; arg. 41. dist. Non cogantur. Sed contrarium docet Garcia de Benef. part. 2. c. 5. n. 114. cum aliis, quos citat. Ratio eorum est, quia Concilium solum requirit sufficientiam ad honestè vivendum juxta quali-

petere... An sufficiat collatio beneficii abique possessione. 157. An sufficiat collatio beneficii abique possessione. 158. Sed ego hoc cap. non invenio sub illo titulo; sed ff. eod. l. 15. sic lego. Is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. Et verò quid juvat habere jus in re, si non speretur pacifica possessio beneficii & receptio fructuum, qui sunt necessarii, ut ordinatus honestè possit vivere, & non cogatur mendicare? 159. An hic etiam debeat considerari dignitas personæ? Videtur quod sic. Ergo sicut Episcopus, quando sine titulo ordinavit, plura alimenta debet præstare ordinato nobili, quam ignobili; quia ille pluribus indiget ad decenter vivendum, quam hic; pariter ratione non poterit ordinare nobilem, nisi constet eum habere pinguis beneficium, aut patrimonium, quam illud, quod præcisè sufficeret pro Ordinatione ignobilis. Hinc scriptum habes cap. De multa, 28. de Præbend. in fine. Circa sublimes tamen & literatas personas, que maioribus sunt beneficiis honoranda, cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari circa pluralitatem beneficiorum incompatibilium. Ubi Gloss. verb. Sublimes & literatas, sic ait: Est ergo argumentum, quod secundum qualitatem personarum beneficia sunt conferenda; arg. 41. dist. Non cogantur. Sed contrarium docet Garcia de Benef. part. 2. c. 5. n. 114. cum aliis, quos citat. Ratio eorum est, quia Concilium solum requirit sufficientiam ad honestè vivendum juxta quali-



Episcopus qui cum defectu notabili Ordinationem receperit, tamen Episcopus non tenebitur de suo supplere, nisi quantum deerit ad quantitatem, aliâ requisitam.

Itaque post Trident. non sufficit quodlibet beneficium, aut patrimonium; sed tantum & tale requiritur, quantum & quale necessarium est ad honestam sustentationem, non tantum pro hodie, aut cras; sed pro tota vita, id enim exigit finis legis, ut patet ex dictis.

163. Titulo Vicariæ temporalis aut similis nemmo potest ordinari; Barbosa.

Hinc ad titulum Vicariæ temporalis, aliorumque similitudinis beneficiorum, seu Cappellaniarum amovibilium, non posse quempiam promoveri, resolvunt communiter Doctores, quos vide apud Barbos. in Collect. ad sess. 21. cap. 2. n. 20.

Secus Vicariæ perpetuæ.

Secus titulo Vicariæ perpetuæ, aut Cappellaniæ in perpetuum, auctoritate Apostolicâ, vel ordinariâ, erectæ, & in titulos creatæ. Item perpetuæ Coadjutoriæ cum futura successione, dummodo ratione illius habeat congruam sustentationem, tamquam ad titulum pensionis. Auctores vide apud Barb. suprâ n. 12. 13. & 17.

164. An sufficiat Cappellania in Capella Papæ.

Qui ibidem n. 18. docet, Cappellaniam in Capella Papæ obtinentem, licet sit ad nutum amovibilis, ad illius titulum ordinari posse; & pro ea doctrina citat Navarrum suprâ Conf. 20.

Navarrus.

Sed notandum, quod Navarrus, dicat Cappellaniam præfatæ Capellæ esse perpetuam. Quomodo ergo ad nutum amovibilis? Cappellaniæ, inquit Navarrus, præfatæ Capellæ sunt perpetuæ, & non vacant per mortem Papæ, ut constat ipsâ experientia, quæ est rerum magistra, & multum differt præsentatio Rectoris ad Rectoriam suam, vel fructus ejus & præsentatio Papæ ad Capellam perpetuam per se stantem, & differentem ab alio beneficio, ut palam est. Hæc ille.

Et si verum est, quod dicit Barb. suprâ n. 20. ad titulum Cappellaniarum amovibilium non posse quem promoveri, & Cappellania Papæ ad nutum amovibilis est, quæ ratio eam excipienda? Non aliam video, nisi quia id fieret auctoritate Papæ, qui est supra omne jus humanum positivum, ut notat Navar. suprâ, ubi duplici ratione probat sufficere consulenti illum titulum: Tum, inquit, quia id fecit Papa, qui est suprâ omne jus humanum positivum: Tum, quia Cappellaniæ præfatæ Capellæ sunt perpetuæ. Vnde non videtur Barb. propriis oculis legisse Navar. cum hic loquatur de Cappellaniis perpetuis; ipse autem citet eum pro Cappellaniis ad nutum amovibilibus.

165. Quæ de Cappellaniis eadem est ratio de Præbendis.

Cæterum quod jam dictum est de Cappellaniis perpetuis, idem dicendum est de Præbendis, quæ solent dari Clericis in titulum perpetui beneficii; quia eadem ratio militat, scilicet, quia revera sunt beneficia Ecclesiastica, & inter illa debent connumerari, & ut suppono,

sufficiunt ad honestam sustentationem.

Quinimmo ad titulum Ecclesiæ, cui adscribitur, posse quem promoveri, existimant (apud Barb. suprâ n. 16.) Majol. de Inter. lib. 4. cap. 15. sub n. 2. Flamin. de Relig. Benef. lib. 2. q. 6. n. 33. per Conc. Trid. sess. 23. de reformatione. c. 16. mandans neminem ordinandum, nisi iudicio sui Episcopi sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis, quarum alteri propterea ab Episcopo adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, eundemque locum deinde in consilio eodem Episcopo deserere nequeat, nam præsupponit per huiusmodi adscriptionem additum esse illi Ecclesiæ & ex ea fructus percipere; alioquin non procedere arbitratr Campan. in divers. juris ca. non. rub. 8. c. 4. n. 14.

Et Majoli sententiam veram credit Ugolin. de Officio Episcopi c. 26. §. 8. n. 6. quæ concurrentibus; primò, ut interveniat consensus Rectoris ejus Ecclesiæ; secundò, ut interveniat licentia ac consensus Rom. Pontificis, & hoc ad successorem; tertio, ut ex servitio Missarum & divinarum officiorum & elemosynis à fidelibus largiendis, habeant unde se sustentent; quartò, ut ne inde amoveantur.

Quæris, quid ego sentiam? Respondeo primò, & procul dubio adscriptio ejusmodi non sufficit, nisi ex ea recipiat fructus necessarios ad honestam sustentationem, idque perpetuum. Respondeo secundò; videtur sufficere consensus Rom. Pontificis, qui, ut suprâ dicebat Navar. est super omne jus humanum positivum. Respondeo tertio; Concilium sess. 23. de reformatione. cap. 16. non loquitur de promovendo ad titulum servitij in aliqua Ecclesiâ; sed de promovendo ad titulum patrimonij, adscribendo servitio alicujus Ecclesiæ, pro cuius necessitate utilitate promovetur.

Subscribo verba Concilij: *Cum nullus sine causa ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis; Sancta Synodus regni sexti Canonis Concilii Chalcedonensis indidit, statuit, ut nullus in posterum ordinetur, qui in Ecclesiâ, aut pio loco, pro cuius necessitate aut utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus.*

Nunquid ideo omnes illi Sacerdotes beneficiarj? Quis ita loquitur? Et quis adscriptionem illam vocat beneficium? Quævis non possit cogi quis, ut gratis intersit illi Ecclesiæ, pro cuius necessitate vel utilitate seu commoditate assumitur, ut censuit S. Congregatio teste Garcia de Benef. par. 2. cap. 5. n. 100.

Qui ibidem n. 103. notat, adscriptionem illam non esse in usu. Nec eam sufficere, docet n. 98. At (inquit n. 104.) Seminaria potest ordinari ad titulum servitij beneficii Seminario uniti, ut Sancta Congregatio censuit, in his verbis: *Cooptati in Collegium Seminarium non possunt ordinari ad titulum Seminaris, nisi ab eorum interservienti beneficio, quod forsitan esset Seminarium.*



Etiam; poterit enim ordinari sub certa assignatione fructuum in Seminario facta, causa interveniendi beneficio, juncto Seminario, & cui inserviat, donec alias ei provsum fuerit de congrua sustentatione.

Et n. 110. sic scribit idem Auctor: Potest quis promoveri ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines, ad titulum beneficii, non obstante, quod non lucratur illius fructus, nisi post susceptum Presbyteratus Ordinem, ut sancta Congregatio Concilii censuit his verbis:

Declar. Card. Potest Episcopus ordinare subditos suos ad Ordines Diaconatus & Subdiaconatus ad titulum & portionem Ecclesiarum Matricum, non obstante, quod non participant de fructibus illarum, nisi post susceptum Presbyteratus Ordinem.

Et ita censuit S. Congregatio, ut patet in Declaratione sequenti: In Conc. Vlisbon. decretum fuit, promovendos ad titulum literature usque Sanctissimus deleri, & dixit, se daturum Breve Cardinali Portugalia, ut solos Doctores in Iure canonico, vel Theologia possit ipse Cardinalis previo examine a se facto promovere ad sacros Ordines, ad hunc titulum literature, qua in re suam gravat conscientiam.

Declar. Card.

Quamvis contrarium teneant plures moderni: Corduba in Sum. q. 36. Henriquez in Sum. lib. 10. c. 17. ad fin. & lib. 13. c. 37 §. 2. & lib. 14. c. 5 §. 3. Maxime Glossic. & Vega 1. part. Sum. cap. 57. casu primo; qui dicunt; ita praedicatum, & Henriquez ait, tenuisse multos Doct. consultos, & post haec Gonzales ad reg. de mensibus glos. 4 n. 36. dicens, ita consuluisse; quorum sententia aliis mihi vera visa fuerat ex aequitate & Epicheia. Ita Garcia.

Corduba, Henriquez, Vega.

Et verò Cordubam & alios Epicheia usos fuisse non est dubium: Concilium, inquit, intendit, quod ordinandus habeat congruam sustentationem, & hunc Collegialem certum est recepto gradu citò habiturum congruam sustentationem, obtinendo aliquam cathedram vel beneficium, quod communiter obtineri solent sic graduati.

1710 Ratione alia qua pro parte afflicta movetur.

Respondeo; Concilium quidem intendit, quod ordinandus habeat congruam sustentationem; sed non hoc tantum (alioquin simpliciter debuisset dicere: Nemo deinceps ad sacros Ordines promoveatur, nisi habeat quod sibi ad victum honestè sufficiat) verum etiam ut illam sustentationem habeat ex beneficio, vel patrimonio, aut pensione, ut patet ex ejus verbis; a quibus non est recedendum sine majori fundamento.

Rejicitur.

Nec hoc tantum; sed etiam voluit, ut haberet sustentationem plane certam, ita quod etiam beneficium, quod habet redditus incertos non sufficiat; & ideo, ut supra diximus (quidquid Aliqui reclamant) non sufficit beneficium in spe (quae saepe variis modis potest impediti) sed requiritur beneficium in re pacifice possessum. Iam autem ille Collegialis Licentiat, vel Doctor, est speret brevi se obtenturum beneficium vel cathedram, tamen saepius potest illa spes impediti; adeoque non habet certam sustentationem, quia nondum pacifice possidet certum titulum sustentationis.

Et ita Navar. cap. Accepta, de Restit. Spoliati Oppos. §. n. 22. ait, renunciantem metu beneficium, non posse ad ejus titulum initiari, quia valet renunciatio, cum tamen habeat manifestum jus; ut sibi plenè restituatur.

172. Renunciatio metu beneficium non potest ad ejus titulum initiari, ex Navar.

Interim si consuetudine contrarium sit praescriptum, poterit Episcopus se illi conformare. Alioquin uti in his & similibus Constitutionibus Epicheia contra expressa verba, potius est eas corrumpere, quam corrigere, & ideo non est vera Epicheia, sed praesensa tantum, quae non est admittenda.

M m m z Pro-

169. Potest quis promoveri ad Sacerdotium titulo Beneficii, cujus fructus i. anno cedant fabricae.

Quid si Beneficium non sufficit cum aliis emolumentis.

Garcia. Congregatio Cardinalium, ut refert Garcia supra n. 126. censuit non posse. Sin autem beneficium juncto patrimonio vel pensione sufficiat, censuit posse. Ratio disparitatis est; quod in hoc casu sustentatio sit magis certa, idque ex titulis à Concilio requisitis.

Quia tamen Concilium non simpliciter dedit potestatem ordinandi quoslibet titulo patrimonii, vel pensionis, sicuti titulo beneficii; sed cum illo addito (quod non erat necessarium jure antiquo) Quos Episcopus indicaverit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum; hinc fortè etiam in hoc casu illa necessitas vel commoditas foret spectanda, sicuti si solo titulo patrimonii aut pensionis ordinaretur.

170. Sed quid de titulo literature? Nunquid Baccalaureus, Licentiat, aut Doctor in Theologia vel Iure canonico, absque alio titulo beneficii, patrimonii, vel pensionis possunt ordinari? Negat Garcia supra n. 127. dicens, non posse quem ordinari ad titulum literature, quantumcumque sit literis, gradu & Collegio insignis; ut tenet, inquit, Salzedo dict. c. 18. in noviss. edit. n. 7. Genuen. d. n. 2. & Petrus Ledesma d. c. 7. ante ultimam conclus. Et etiam tenet Manuel Rodr. in Sum. to. 2. c. 15. n. 15. saltem in Baccalaureo.

Salzedo, Genuen, Pet. Ledesma, Rodriguez.



173.  
Diversi tituli, ad quos antiquitus aliquis poterat ordinari, ex Barbois.

Profecto si Concilium voluisset similes Episcopis admittere, potius reliquisset hanc rem in terminis juris antiqui, quo poterat aliquis ordinari, Primò (inquit Barb. in Collect. sess. 21. de Refor. c. 2. n. 2.) ad titulum beneficii, cap. *Sanctorum*, 70. dist. Secundo, ad titulum paternæ hereditatis, cap. *Episcopus*, in fine, de Præbend. seu ad titulum proprii patrimonii, c. *Tuis*, de Præb. Tertio, ad titulum alieni beneficii, cap. *Postulasti*, de Iure Patronatus, c. *Per tuas*, 3. de Simonia, Felinus in cap. *In nostra*, de Rescript. corol. 35. n. 31. Quarto, ad titulum stipendii, ab Episcopo sibi assignandi super fructibus suæ mensæ Episcopalis, ad cap. *Episcopus*, de Præbend. Abb. in cap. *Cum secundum*, eod. tit. n. 11. Quinto, ad titulum pensionis seu stipendii, à laico assignandi, Rot. decis. 11. de Præbend. in antiquioribus & decis. 39. de Rescript. in antiq. Hæc Barbois.

174.  
Ad quos ex illis hodie aliquis possit ordinari.

At verò hodie, Episcopus, etiam pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum, non poterit ad tertium & quartum Clericos promovere, ad secundum verò poterit, sed in terminis tantum, in quibus Concilium loquitur, nempe pro necessitate vel commoditate Ecclesiarum suarum, & dummodo talis laicus sit verè facultatibus idoneus, atque in forma valida obliget se, suosque successores ad præstandum hoc stipendium, & non alienandum sine licentia Episcopi illa bona, super quibus assignatum erit hoc stipendium; hæcque obligatio duret, donec ordinatus beneficium sufficiens, aut pensionem aliunde erit adeptus. Ita refert decisum à Congregatione Card. Garcia supra n. 93.

Qualiter pensio seu stipendium à laico debeat assignari ut sit sciat.

Ipse autem n. sequenti addit: Quàmvis in ista Declaratione dicatur, posse quem ordinari ad titulum pensionis seu stipendii, à laico assignati, in terminis Concilii, nempe pro necessitate vel utilitate Ecclesiæ, id tamen ita accipiendum est, si laicus imponat & assignet talem pensionem seu stipendium super certa re fructifera ad modum census vitalitii. Tunc enim pensio ista, seu jus illam percipiendi, quod potest vocari census seu annuus redditus, est jus quoddam reale proprium illius, atque adeò ad titulum proprii patrimonii ordinatur; sicut posset ordinari ad titulum census, quem ipse ordinandus aliàs haberet, sive ad suam vitam sive perpetuò, etiam redimibilis, cum annui redditus inter immobilia computentur, Clem. *Exivi*, §. *Cumq;*, annui redditus, de Verb. significatione.

Clem. Exivi de Verb. sig.

175.  
In censu redimibili adhibenda est cautio.

Quàmvis in censu redimibili, quia attentò futuro eventu, & redemptionis tempore, inter mobilia censetur, adhibenda esset cautio, ut si redimeretur, pecunia ex iudicis decreto apud idoneas personas deponatur, ut iterum collocetur; aliàs enim illud non procedet, ut in Declaratione sequenti S. Congregationis Concilii: *Inter Bullam Sixti V. contra male promotos, intelliga-*

Declar. Card.

sur derogatum consuetudini quorundam locorum, ubi propter penuriam Sacerdotum, ad sacro Ordine promovendi solent, qui super alienis bonis affectionem habent vicibus, & aliarum rerum necessariorum, cum cautione certa sine alio titulo beneficii, vel patrimonii, & an in illis inopia laborantibus, sufficiens patrimonium dici poterit, quod habet annum redditum 25. iustorum.

Quoad primum sua Sanctitas consulta, non approbat talem consuetudinem; sed vult, patrimonium, ad cuius titulum ordinandus promoveri debet, esse verè certam fructiferam, de qua ipse disponere valeat, & propterea omnino prohibet talis consuetudini observationem. Quoad secundum verò, Ordinarius ordinari loquitur hoc iudicium, an tale patrimonium sufficiens, propter diversitatem locorum, cum in uno sufficiat, quod alibi non erit sufficiens, dummodo animadvertatur bene esse ipsius ordinandi propria, ac ab omni causa simulationis, & ceteris, que ab amicis & consuetis fieri in huiusmodi casibus solent, penitus liber & aliena.

Quàmvis (prosequitur Garcia) aliquando ob penuriam Sacerdotum id specialiter concessum est, ut in Declaratione sequenti pro promotione Sacerdotum quandoque concessum est, ordinarum sui beneficii vel patrimonii, dummodo quis sponte, & voluntaria ordinandus ministraturum. Et tradit Form. Paris. de Relig. Benef. lib. 2. q. 6. n. 11. & Zachus de Republica Eccles. cap. de Clericis, lib. n. 7. vers. 94. qui tamen male videtur vel id posse semper fieri sine speciali dispensatione Papæ. Hæc ille.

Sed, inquis, quid opus erat illa Declaratione si solum id possit fieri ex speciali dispensatione Papæ? Hoc enim per se notum erat. Respondet: significat illa Declaratio, penuriam Sacerdotum esse causam, propter quam Pontifex quando dispensat.

Ex his patet, quàm sollicita sit Ecclesia, ut aliquis ordinetur, qui non habet unde vivere, non tantum pro præteritis sed etiam pro futuro. Et hinc Trident. super illius beneficii reservatione non possit, nisi facta mentione ad illius beneficii titulum sit promotus; neque ordinatio admittatur, nisi consensu, quod ad eum commodè possit; & aliter facta reservatio nulla sit.

Consimiliter loquitur de patrimonii, & pensione, ibi: *Atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens fuerit adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint.* De his duobus punctis restat hic agendum.

Circa primum fuit dubitatum: an pro forma traditum sit, ut resignans teneatur facere mentionem, se ad titulum illius fuisse promotum, adeò quòd per æquipollens adimpleri non possit? Sacra Congregatio Concilii de anno 1588. resolvit pro forma traditum esse à Concilio, stante clausula annullativa, & quòd Concilium negativè loquitur. Ita refert Garcia supra num. 193.



Igitur non sufficit, quod resignans retineat sibi pensionem, aut habeat alia bona, quibus possit honeste vivere; sed requiritur, ut faciat mentionem, se fuisse ad illum titulum promotum; alioquin resignatio erit nulla, etiam in foro conscientiae, ut docet Petrus Ledesma in Sum. part. 1. de Sacram. Ord. cap. 7. conclus. 10. & alii apud Barb. supra n. 23. Et videri possit verius; quia, ut dictum est, id traditum fuit pro forma, & indistinctè annullatur resignatio aliter facta.

78. Ledesma.

Barbosa.

Decl. Card.

Adde sequentem Declarationem Card. Praesupplicatam supplicatione resignationis parochialis, de qua agitur per D. Gasparem in favorem D. Ioannis de Miron, cum reservatione pensionis 180. dicitur, praedicti D. Gaspari solvenda, quod in eadem supplicatione dicitur D. Gaspar narravit, quod per quinquennium dictam parochialem possederat, an in casu, de quo agitur inter Conc. Trident. hoc cap. Congregatio censuit Concilium intrare.

179.

Oppositum docet Navarrus.

Nihilominus contrarium docet Navarrus lib. 1. Consil. consil. 4. de Renunt. in novis n. 2. dicens: Respondeo 1. credere me, valere renuntiationem, quoad forum conscientiae, propter rationem pro posteriori parte adductam. Sed quae illa? Quod ad veritatem dispositionis copulativae, sufficit verificari alterum copulativum, quando utrumque per se ad eam verificandam sufficit, juxta Glossam cap. Ex parte, de Rescriptis, quam Felinus exornat late ibi a n. 23. & ad hoc, ut satisfiat menti Concilii, videtur sufficere, quod remaneat ei victus honestus, quoniam ideo fecit illud Caput Concilium, ne factis initiatus indecorè mendicaret. Haec ille.

Probatio.

Imò credit ibidem, Papam, & ejus suprema Praetoria ex bono & aequo iudicantia, & à quibus non appellatur, censuratura eam validam quoad forum etiam exterius; quamvis, inquit, suspicer, multos Ordinarios, & delegatos particulares, iudicatos eam non valere. Igitur una ratio Navarri est, quia cessat finis legis in tali casu.

180.

Rejicitur.

Sed nunquid adaequatè? Videtur quod non; quia non fuit intentio Concilii, quod remaneat ei victus honestus quocumque medio vel modo, sed titulo beneficii, vel patrimonii, aut pensionis; neque enim alio titulo potest ordinari. Et aliunde vult Concilium, quod constet Ecclesiae de titulo Ordinationis, ut patet ex illis verbis: Nisi prius legitime constet (scilicet ei, qui debet admittere ad sacros Ordines) eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad victum honeste sufficiat, pacifice possidere.

181.

Solvitur obiectio.

Si dixeris; suppono constare de pensione; Respondeo; non constat illam pensionem esse titulum, vel succedere in locum prioris tituli. Quæris, quare id debeat constare? Respondeo; quia pensio solum sufficit, ut quis ordinetur pro necessitate, vel commoditate Ecclesiae; arbitrio Episcopi determinanda; beneficium autem, ut absolute ordinetur.

Ut ergo omnis fraus evitaretur, merito voluit Ecclesia, ut resignatio beneficii, etiam retentà sufficienti pensione, non valeat, nisi in resignatione fiat mentio, quod ad illius beneficii titulum sit promotus, ut sic Episcopus possit judicare, an expediat titulum beneficii mutare in titulum pensionis. Secundò; ut judicet de sufficientia pensionis. Denique; ut noverit pensionem illam sine sua licentia nullatenus posse extingui aut remitti. Igitur in tali casu non videtur cessare finis legis adaequatè, & ideo non videtur cessare ipsa lex.

Sed nunquid eadem ratio permutationis? Nunquid & illa invalida, tam in foro externo, quam interno, non factà mentione, quod ad illius titulum fuit permutans Sacris initiatus? Affirmat Garcia supra n. 218. nisi permutatio sit æquivalens.

182.

An sit eadem ratio permutationis, quæ resignationis. Garcia.

Quod addit: quia Congregatio Concilii censuit, tutum in conscientia eum, qui beneficium, ad cuius titulum erat promotus, resignavit, & aliud ex causa permutationis obtinuit, tacendo in resignatione, quod erat promotus ad titulum primi beneficii, dummodo secundum beneficium sit æquivalens primo.

Sed cur potius hæc permutatio valeat, quam illa resignatio? Respondeo; quia in hac permutatione succedit titulus ejusdem rationis, scilicet beneficium beneficio; difficilius autem, ut dictum est, ordinatur quis titulo pensionis, quam beneficii; adeoque non sunt tituli æquipollentes, sicuti duo beneficia. Interim etiam in hac permutatione verum est, quod Episcopus ignoret titulum Ordinationis, sicuti in casu priori.

183.

Cur potius permutatio valeat, quam resignatio.

Ut cumque ergo sit de hac controversia, certum est apud omnes, irritam omnino esse resignationem, tam in foro externo, quam interno, quando constat, quod aliunde non possit honestè vivere, neque titulo alterius beneficii, neque titulo patrimonii, aut pensionis: hoc enim ad minus probant verba, & mens Concilii. Idque locum habet etiam in resignationibus, factis coram Papa, ut docet Garcia supra n. 193. & firmat Rot. in Leodien. Canon. S. Ioan. 28. Junii 1621. vers. Non obstat, quod Concilium.

Gabriel Retz.

Quod ego intelligo; nisi Papa sciens & volens talem resignationem admitteret, ubi & quando commodè posset contradicere cum enim possit dispensare, quidni tali casu, velit dispensare, ut actus potius valeat, quam pereat?

Etiam id locum habet, licet beneficium sit juris Patronatus, ut, teste Garcia supra n. 196. resolutum fuit per sacram Congreg. super dicto cap. 2. Trident. his verbis: Habent etiam locum omnia hæc, etiamsi beneficia essent juris Patronatus. Nam eadem est ratio, scilicet ne Clerici cum Ordinis dedecore mendicare, aut aliquem sordidum quæstum exercere cogantur, & verba sunt generalia; quæ ergo ratio excipiendi hæc beneficia?

184.

Quid si beneficium sit juris Patronatus?



Intelligitur  
resignatio  
voluntaria,  
ex Declar.  
Card.  
Garcia.

Porro quia verba sonant resignationem, quae proprie significat voluntariam abdicacionem, sacra Congregatio apud Garciam supra n. 220. ita censuit: Hoc decretum prohibet resignationes voluntarias, non autem privationes. Et per consequens nec renuntiationes inductas à jure, v.g. per affectuionem alterius beneficii incompatibilis, adeoq; in illis non erit opus facere mentionem, quod ad illius titulum fuit Sacris ordinatus.

185.  
An per re-  
signatio-  
nem contra  
decretum  
Triid bene-  
ficium va-  
cet.

Sed hic oritur aliquod dubium; an resignatio beneficii, contra tenorem & formam dicti decreti Conc. Tridentini, ita sit nulla, ut beneficium non vacet, sed remaneat penes resignantem. Et quidem quod attinet ad resignationem factam coram Papa, certum est, beneficium non vacare, sed jus remanere penes resignantem; quando enim resignatio non tenet, jus non abdicatur à resignante.

Evallor.  
Garcia.

Ex qua ratione idem etiam erat dicendum in resignatione facta coram Ordinario, stando in terminis Concilii supra; & ita absolute tenet Zavallos ( apud Garciam supra n. 226. ) q. 561. n. 22. in resignatione beneficii, ad cuius titulum fuit aliquis ordinatus, non retentâ congruâ sustentatione, cum sit nulla, ut in dicto cap. 2. non vacare beneficium, & sic non esse necessarium novum titulum, nec collationem.

186.  
Ex Const.  
Pii V. vacat,  
si facta fuit  
coram Or-  
dinario.

Ex Constitutione tamen Pii 5. Quanta Ecclesiae, 58. apud Cherubinum, in resignatione beneficii ( inquit Garcia supra n. 227. ) ad cuius titulum aliquis Sacris fuit ordinatus, facta coram Ordinario, cum resignans non haberet aliunde, quo posset commodè sustentari, dicendum est, beneficium vacare, nec resignantem posse ad illud redire; sed de eo, uti verè vacante, liberè providendum, non per Ordinarium ipsum, sed per Papam, sive alios Superiores Ordinarii, qui talem resignationem admisit, aut Patronos, si beneficium est juris patronatus, juxta aliam Constitutionem ejusdem Pii V. 42. datam 6. idus Augusti 1567. quam aliàs ibi in suo robore relinquit; & Ordinarius admittens talem resignationem, incurrit poenam suspensionis à collatione beneficiorum ibi impositam, & tenetur ipsum resignantem alere, ut patet ex sequenti Declaratione S. Congreg. Concilii.

187.  
Ordinarius  
admittens  
talem resi-  
gnationem,  
tenetur re-  
signantem  
alere ex  
Decl. Card.

Beneficium semel à se alienans, quia illud resignavit in manus Ordinarii, illud idem amplius recuperare non potest, si resignatio facta est post Bullam Pii quinti 6. Idus Augusti 1567. quae eiusmodi resignationes beneficiorum fieri prohibuit in manus Ordinarii; ac si facta essent, statuit beneficia ipsa verè vacare, & à Sede Apostolica, vel à Superioribus Ordinariis ipsorum posse conferri; neque verò ab ipso Ordinario eadem resignatio fuerat admitenda, si resignans, cum Prebyterii Ordini esset adscriptus, nihil aliud praeerea habebat, quo vitam suam commodè sustentare posset, cum Sanctus Dominus noster alterâ Bullâ editâ Kal. April. 1568. huiusmodi resignationes prohibuerit admitti: & quia Ordinarius huic interdictioni non paruit, sua Sanctitas hac in re voluit re-

signans ab eo Ordinario alendam esse, aut aliâ ratione illius commodè providendam, eiq; ipsum beneficium resignatum omnino admetendum, & in eo sustinendum eum, qui fuerit à Patrono praesentatus. Alias duas similes Declarationes vide apud Garciam supra n. 228.

Qui Auctor n. sequenti sicut: In resignatione facta coram Ordinario ab eo, qui illius commodè vivere potest, non tamen factâ mentione, quod ad illius titulum sit promotus, videtur standum esse Concilio Trident. & per eam non vacare beneficium; quia Constitutio Pii V. non loquitur in hoc casu. Haec ille.

Ex dictis sequitur; si habens beneficium, ad cuius titulum fuit ordinatus, juraverit illud resignare, vel procuratorem constitutum ad resignandum non revocare; cum non habeat aliunde sustentari possit, non tenetur adimplere tale juramentum; quia est contra dispositionem Concilii.

Sicuti Clericus, qui praestito juramento constituit sibi Iudicem laicum, non tenetur adimplere juramentum adimplere; argumento cap. illi genti, 12. de Foro competent. ibi: Mandatum fuerit, quod non solum inquit, sed etiam voluntaria potest ei non possunt, ut secularia iudicia subeant, cum non sit beneficium hoc personale, cui renuntiare valet, sed potius toti collegio Ecclesiastico publicè sit tributum: cui privatorum pacto derogare non potest. Nec iuramentum licet servari potest, quod contra canonica statuta illicitis passionibus informatur.

Et cap. Quanto 18. de Iurejurando dicitur: Cum juramentum non sit iniquitatis vinculum, fuerit institutum. Accedat cap. 58. de Reg. l. in 6. Non est obligatorum contra bonos mores suum iuramentum. Et verò quis dubitare possit quin in casu proposito juramentum sit positum contra bonos mores?

Idem profus sentiendum de eo, quod ad alienationem, extinctionem aut remissionem patrimonii, vel pensionis contra decretum Concilii, id est, sine licentia Episcopi, quando alienatio non habet, unde vivere possit. Quia & hoc juramentum est praestitum contra bonos mores, & foret alioquin vinculum iniquitatis, cum talis alienatio, extinctio aut remissio sit illicita, utpote à Concilio prohibita.

Et non solum prohibita, sed etiam irrita (ita multi volunt) per haec verba quibus actum Concilii alienari aut extingui vel remitti nullatenus possunt. Ubi ly, Nullatenus, videtur tollere omnem potentiam, tam juris, quam facti, tam civilem, quam naturalem, praesertim consideratâ qualitate materiae.

Nam licet dominia rerum ( inquit Suarez lib. 5. de leg. cap. 31. n. 15. ) sint de Iure gentium quoad rerum divisionem in genere, nihilominus in particulari modus acquirendi vel transferendi dominia pendet multum ex Iure humano, & ideo quando lex tollit potestatem



donandi aut absolute, aut sine alterius licentia & consensu, vel negat facultatem testandi, vel instituendi heredem, vel e converso tollit potestatem instituendi alios præter istos, aut ex illis meliorandi, nisi in tali parte & similia, censetur substantialem formam præscribere & simpliciter auferre potestatem, ac subinde invalidare actum. Hæc ille.

Porro in casu proposito lex tollit potestatem donandi sine licentia Episcopi. Idque (quod etiam consideratione dignum est) ratione effectus permanentis, id est, ratione carentiæ patrimonii aut pensionis, necessariæ ad vitam honestè sustentandam; nam finis istius prohibitionis est honesta sustentatio, sive ne Clericus cum dedecore sui status debeat mendicare, ad quem finem non sufficit prohibitio; sed magis requiritur irritatio, ut clarum est.

Cum ergo ly Nullatenus possit, sit particula, si non absolute irritans, saltem de qua dubitari possit, an hic & nunc non sit irritans, & materia ac finis prohibitionis in casu proposito possunt irritationem actus, merito DD. communiter, eam in casu proposito agnoscunt pro irritante ipso jure.

Quidquid in contrarium dicat Suarius de Cens. disp. 31. sect. 1. n. 38. ibi: An verò per illa verba: Alienari nullatenus possit, talis alienatio ipso facto irrita sit, nec ne; alterius est considerationis. Si tamen spectemus diversum modum, quo Concilium de renuntiatione beneficii, & de renuntiatione patrimonii loquitur, intelligemus, illam irritari ab ipso Concilio; hanc verò solum prohiberi. Hæc ille.

Sed ego puto, magis attendendam esse materiam & finem legis, qui finis planè idem est in renuntiatione beneficii & renuntiatione patrimonii; adeoque nulla potest assignari ratio, quare minus irritasset Concilium renuntiationem patrimonii aut pensionis, quam renuntiationem beneficii.

Quòd autem non utatur iisdem verbis materialibus, parùm refert, dummodo sint verba, quæ idem possunt significare. Non est autem dubium, quin illud verbum negativum: Nullatenus, aliquando possit esse particula ipso jure irritans, non minus quam ly Irritum. Et ita intelligitur à Glossa in Clement. I. de Sequest. post. verb. Nullatenus absolvatur. ubi sic ait: Per istud negativum verbum videtur, quòd absolutio contra hæc facta non teneat. Malo itaque subscribere communiori sententiæ.

Ex qua sequitur; quòd ordinatus, v.g. Subdiaconus, ad titulum patrimonii, si hoc alienato, sine licentia Episcopi, ad superiores Ordines promoveatur, est per illam alienationem graviter peccaverit contra prohibitionem Concilii; maxime cum sit facta ob bonum publicum principaliter, & favorem totius Ordinis Clericalis, & sic castigari posset per Episcopum; tamen non incurrit ullam suspensionem, sive

propter illam alienationem, sive propter susceptum Ordinem post alienationem.

Ratio est; quia non est ordinatus sine titulo, neque ullo jure talis pœna reperitur imposita contra ordinatum; alienantem sine licentia patrimonium, ad cuius titulum fuit ordinatus. Ultima pars patet; quia à DD. nullum tale jus adfertur. Prima pars probatur; quia, ut supponitur, fuit ordinatus Subdiaconus titulo patrimonii, & eodem titulo ordinatur Diaconus, quia alienatio patrimonii fuit invalida; jam autem, ut habet Reg. 52. de Reg. Juris in 6. Non præstat impedimentum, quòd de iure non sortitur effectum.

Limitat hoc Garcia supra n. 183. nisi renuntiatio ita facta esset, ut renuntians desineret habere possessionem; quæ ex actu nullo amittitur & transfertur, l. 1. §. Si vir uxori ff. de Acquirenda possessione. Ratio est; quia sicuti requiritur pacifica possessio beneficii; ita etiam videtur requiri pacifica possessio patrimonii vel pensionis, cum dominium sine possessione sit inutile ad finem Concilii, scilicet ne Clericus cogatur mendicare.

Ceterum in sententiâ, quæ docet, renuntiationem hujusmodi esse validam, liquet profecto, Subdiaconum in casu proposito incurere pœnas, statutas pro his, qui absque titulo promoventur ad sacros Ordines; est enim titulum habuerit, quando fuit ordinatus Subdiaconus; tamen cum eum jam amiserit, si ordinatur Diaconus vel Sacerdos; ordinatur sine titulo, seu cum titulo ficto; sicuti ergo, qui ordinatur Subdiaconus ficto titulo, incurrit illas pœnas; ita etiam Subdiaconus, qui ordinatur Diaconus.

Ratio est; quia jura non prohibent suscipere tantum Subdiaconatum sine vero titulo; sed simpliciter prohibent suscipere quemlibet Ordinem sacrum; nec distinguunt inter ordinatum, vel non ordinatum inferiori Ordine; ergo nec nos distinguere debemus; argumento cap. Solite, 6. de Major. & Obed. ibi: Nobis autem in beato Petro sunt oves Christi commissa, dicente Domino: Pisce oves meas, non distinguunt inter has oves & alias. Et leg. Imperator, 8. ff. de Postulando, ibi: Nec adhibetur distinctio, quo crimine silentium vel exilium sit irrogatum, ne scilicet pœna tempore determinata; contra sententiâ fidentius porrigatur.

Præterea, non loquuntur Tridentinum & alia jura, superius allegata, quasi collectivè, id est, ut nullus ascendat ad statum sacrorum Ordinum sine vero titulo, aliàs clarissè dicent: Nemo Subdiaconus fiat; sed loquuntur distributivè, vel (quod idem est) in plurali: Ad sacros Ordines promoveatur.

Unde nullius momenti est hæc ratio in contrarium: Inferior Ordo est sufficiens titulus ad superiorem suscipiendum; immo ex vi utrius Ordinis habet quispiam jus ad suscipiendum alium; hoc enim intelligendum est de susceptione

Probatum non incurrit suspensionem, si alienatio fuit invalida

Reg. 52. de Reg. juris in 6.

Limitatio Garcia.

l. 1. §. Si vir uxori ff. de Acquirenda possessione

193. Incurrit si fuerit valida

Probatum

6. de Major. & Obed. ibi: Nobis autem in beato Petro sunt oves Christi commissa, dicente Domino: Pisce oves meas, non distinguunt inter has oves & alias. Et leg. Imperator, 8. ff. de Postulando, ibi: Nec adhibetur distinctio, quo crimine silentium vel exilium sit irrogatum, ne scilicet pœna tempore determinata; contra sententiâ fidentius porrigatur.

194. Alia probatio

Rejicitur ratio in oppositum

Oppositum docet Suarez

191. Auctor sequitur priorum sententiam.

de responsione ad rationem Sutilii.

192. Quid si Subdiaconus post alienationem promovetur ad superiores Ordines?



tionem modo debito, servatque canonibus Ecclesiasticis. Confirmatur ex quodam Responso Card. quod sic habet: *Si quis ante Concilium erit promotus Subdiaconus absque titulo, poterit absque titulo promoveri, modo ad titulum patrimonii promoveatur.*

Resp. Card.

195.  
Ordinatus cum patrimonio sub conditione de restituendo post Ordinationem, non incurrit suspensionem secundum Garciam & Alios. Probatur.

Ex dictis colligitur; quod ordinatus cum patrimonio sibi donato, cum pacto seu conditione de illo reddendo & restituendo post Ordinationem; non potest dici ordinatus sine titulo, nec incurret ullam pœnam seu suspensionem. Ita Garcia supra n. 161. Pet. Ledesma 1. part. Sum. de hoc Sacram. c. 7. post 5. conclus. diff. 3. ad finem. Villalobos 1. part. Sum. tract. 11. diff. 15. n. 10. & alii, quos citat Garcia supra n. 165.

Ratio est; quia iste est ordinatus cum patrimonio vero & non ficto; ista enim est vera donatio, ex qua transfertur dominium in donatarium, licet cum illo pacto seu modo, qui non obligat, quia est contra dispositionem Concilii; & ideo habetur pro non adjecto.

196.  
Contrarium docent Navarrus & Alii.

Contrarium nihilominus docent Navarrus & Alii apud Garciam supra n. 166. existimantes; illam non fuisse veram donationem, sed fictam tantum, adeoque donatarium non acquisivisse dominium rei sic donatæ; & sic sine vero patrimonio ordinatum fuisse.

Prima eorum ratio rejicitur.

Sed hoc non satis probant; nam potest aliquis velle transferre dominium rei suæ in alterum, cum tali pacto, ut probatur à simili in contractu venditionis, cum pacto de retrovendendo; per quem contractum sine dubio transfertur dominium rei venditæ in emptorem, licet cum onere retrovendendi.

197.  
Secunda probatio ex c. 37. & penult. de simonia, reprobatur.

Præterea adferunt hi Auctores pro sua opinione cap. *Per tuas*, 37. & cap. *penult. de Simonia*. Sed malè ad propositum, ut patet insipienti verba textus. *Per tuas* (inquit Innoc. 3.) *nobis licet intimasti, quod cum D. lator presentium vellet in Subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet: quemdam Presbyterum exoravit, ut ipsum ad Ecclesiam suam titulum præstaret: quod cum ille facere recusaret, ipse illi firmiter repromisit, quod nunquam, si præstaret eundem, in Ecclesia sua aliquam peteret portionem: & sic ad præsentationem ejus extitit ordinatus, nec se in hoc illicitum egisse aliquid intellexit. Et infra: Nos inquisitioni tuae taliter respondemus: quod nisi cum eo fuerit misericorditer dispensatum, nec ad superiores ascendere, nec in suscepto debet Ordine ministrare.*

Similis est casus cap. *penult.* *Si quis* (inquit Greg. 9.) *ordinaverit, seu ad Ordinem præstaverit aliquem, promissionem vel juramentum ab illo recipiens, quod super provisione sua non inquietet eundem: Ordinator à collatione, præsentator vero ab executione Ordinum per triennium, & ordinatus ab Ordine sic suscepto, donec dispensationem super hoc per Sedem Apostolicam obtinere meruerint, noverint se suspensos.*

198.  
quia jura

Sed ad hæc jura bene respondet Garcia supra n. 168. solum agere de ordinato, cum pacto

simoniaco, de non petendo provisionem seu alimenta ab Ordinate, vel beneficiario, cum præsentante ad Ordinem. At donatio patrimonii, & pactum de illo restituendo, est res separata & distincta ab Ordinatione, ex qua non incurritur simonia, & consequenter nec suspensio per dicta jura.

Patet; quia dare alicui patrimonium non est spirituale, nam vendi & emi potest; non ergo pactum de restituendo, factum pro datione patrimonii, efficit simoniam, sicut efficit simoniam pactum de non petendo provisionem seu alimenta, facta pro actu ordinandi, aut presentantis ad Ordinationes, utpote spirituales.

Unde supradictum calum de pacto facta, non cum Ordinate, aut presentante, non inducere suspensionem, decrevit seu declaravit (inquit Toletus Instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 48. n. 11.) *signatura Pœnitentiariæ, & sic servatur. Nec potest dici donantem patrimonium, etiam ad finem suscipiendi Ordines, presentare ad illos; id enim proprium est beneficiarii, presentantis ad titulum suæ Ecclesie, seu beneficii.*

Si autem à me queritur; an donatus alicui patrimonium ad Ordines, rectè possit apponere pactum & conditionem de eo reddendo, cum ordinatus habuerit beneficium substitutum, vel alias unde vivere possit. Respondeo; omnino id posse facere, quia non est contra Concilium.

An autem tali casu requiratur licentia Episcopi, copii ad illam redditionem, disputatur inter DD. Affirmat Quintana de veras Ecclesie lib. 2. n. 72. cum Aliis, quos citat Barb. supra n. 69. idque ideo, ut ipse Episcopus arbitretur, ut quod adeptus est, verè sufficiat ad honorem sustentationem, cum id arbitrari ad præspectet. Unde si Episcopus aditus alicui confenserit, faciet id suo periculo; nam patrimonium vel beneficium ordinato. Cuiusmodi victum non suppetat, ipse de suo iusta præbet. Et rursus si suppetat, & alienari patrimonium Episcopus injuriosè perneget, merito iuxta superior appellabitur.

Rogatur quis ergo sit sensus illorum verborum Concilii. Atque deinceps sine licentia Episcopi, etc. donec beneficium &c. Respondet Campan. de Decurionibus, juris canon. rub. 8. c. 6. n. 9. verè obvia. Atque deinceps sine licentia Episcopi non possint alienari; possint alienari cum licentia, quando beneficium Ecclesiasticum susticiens sunt adepti; nam dictio illa, *donec*, restituit usque ad illud tempus; ergo eo elapso permittit, ex textu singulari in l. *Generales*, 3. de Decurionibus, ibi: *Imperator Antoninus dicto proposito statuit: ut quicumque, aut quatuorvis causa ad tempus ordine, vel advocatibus, vel qui alio officio fuisse interdictum, completo tempore nullatenus fungi honore vel officio possit. Cum ergo in presententi casu, ad tempus tantum sit interdicta alienatio sine licentia Episcopi, tempore elapso*



so cum eius licentia poterunt bona illa alienari.

201. Garcia patet in casu proposito non requiritur licentiam Episcopi.

l. 12. ff. de iudicis.

202. Respondetur ad eius rationes.

Sed contra facit; quod etiam sic satis communis sententia (teste eodem Auctore n. 181.) neque ante Concilium potuisse alienari patrimonium, quando expresse in titulo fuerat assignatum, sine licentia Episcopi. Unde hic nulla correctio juris communis, secundum illam sententiam, sed potius confirmatio juris communis.

Quantum ad leg. *Cum prator*, in ea nihil aliud ad propositum dicitur, quam: *Cum prator unum ex pluribus iudicare vetat, ceteris id committere videtur*. Ergo cum prohibet Concil. alienari patrimonium sine licentia Episcopi, donec beneficium sufficiens sit adeptus, videtur committere alienationem sine licentia, quando beneficium sufficiens fuerit adeptus; negatur Consequentia.

Rationem disparitatis do; quia nulla est necessitas, ut illa alienatio fiat sine licentia Episcopi, immo magis conveniens, ut ostensum est, quod fiat cum licentia; at vero iudicium, de quo in illa lege, convenienter fieri potest à ceteris, & necessarium est ut fiat; ergo nisi prator alium in locum prohibiti substituerit, censetur merito ceteris id commississe.

203. An valeat pactum de restituendo patrimonium ante Ordinationem.

Aliud dubium hic movetur; an valeat pactum seu promissio de restituendo patrimonium ante Ordinationem. Equidem si reverà restitutio facta est ante Ordinationem, indubie quod factum est, valet, sive liberè factum fuerit, sive ex pacto; & per consequens, qui sic ordinatur, sine titulo, seu cum titulo ficto ordinatur; ac proinde graviter peccat, & incurrit suspensionem, si Tridentinum eam innovaverit, de quo supra disputavimus.

Affirmat Garcia.

Sed quid, si patrimonium ante Ordinationem non fuerit restitutum, nunquid post Ordinationem tenetur restituere?

Affirmat Garcia supra n. 171. durat enim obligatio facta in tempore, & pro tempore habili, ad l. *Celsus* 23, ff. de Recept. arbitr. & cap. *Cum dilecti*, de Dolo & contum. & quæ ibi notantur, Nec in presenti intrat remedium cap. *Oduardus*, de Solutio. quod non teneatur ultra quàm facere possit, cum sit debitor speciei. Hæc ille. Nec video quid efficaciter possit objici.

Et ideo pergo & quæro; quando ordinatus non habet aliunde, unde vivere possit, ad quid requiritur licentia Episcopi ad alienandum patrimonium, cum tunc non debeat dari licentia, sed negari?

Respondetur; posse occurrere talem necessitatem seu causam ita urgentem, ut possit ac debeat dari licentia alienandi patrimonium, etiam si ordinatus aliunde non habeat, unde vivere possit; v.g. si ipse, aut parentes eius essent captivi, & illa alienatio necessaria foret ad eorum redemptionem. Similiter si pater aut frater Clerici essent, ob homicidium, vel aliud delictum perpetratum, puniendi pena mortis, nisi parti accusanti pro remissione daretur certa quantitas, quam Clericus dare non potest, nisi alienando patrimonium.

Ratio est; quia in his, & similibus casibus, magis dedecet statum Clericalem; non succurrere necessitati propriae vel alienæ, retinendo patrimonium, quàm illud alienando succurrere, & postea mendicare. Et ideo cum Episcopus ex tali causa daret licentiam alienandi patrimonium, maneret securus, id est, non obligaretur specialiter providere Clerico huiusmodi, etsi aliunde non habeat, unde vivere possit, sed solum generaliter juxta superius dicta.

Si autem sine justa causa daret licentiam, alienatio quidem subsequens valida foret; quia non prohibet Concil. alienationem, nisi absque licentia Episcopi; ipse tamen Episcopus, ultra peccatum, maneret specialiter obnoxius ad providendum ordinato; sicuti si sine titulo voluntariè, & sine justa causa eum ordinasset.

Nec hanc licentiam (inquit Garcia supra nu. 190.) videtur posse dare Vicarius Episcopi sine speciali mandato, & si sine facultate, aut sine justa causa eam daret, teneretur, sicut de Episcopo diximus; faceret enim causam suam. Et Episcopus in proposito, videtur intelligendus Episcopus domicilii alienantis, vel loci, ubi res est, aut etiam originis. Hæc ille. Apud quem plura de hac materia videri possunt; longior enim essem, si omnia vellem hic referre, & discutere. Tantum pauca adjicio pro explicatione hujus nominis, *Patrimonium*, prout hic accipitur.

Sciendum itaque non sufficere paternam hereditatem, quantumvis pater sit dives, & pauper non dicatur, qui patrem habet divitem; sed requiritur, quod verè & realiter habeat patrimonium, id est, rem certam fructiferam, de qua ipse disponere valeat, sive illam habeat ex hereditate patris, vel ei à patre vel alio sit donata.

Patet ex dicto cap. 2. Conc. Trident. ibi: *Patrimonium verè vel pensionem obtinentes*. Et ibi: *Eo quoque prius respecto, patrimonium illud vel pensionem verè ab illis obtineri*. Confirmatur ex Declaratione Congreg. supra adductâ n. 175.

Ratio est; quia alias non haberetur finis Concilii.

204.

Ad quid res quæritur licentia Episcopi, quando ordinatus non potest aliunde vivere.

205.

Talis licentia data sine justa causa valet.

An Vicarius Episcopi possit dare illam licentiam.

206.

Quid hic intelligatur per patrimonium.



Non suffi-  
cit, quod  
Clericus  
habet di-  
vitem pa-  
trem.

2. 7.  
Patent Alii  
qui patri-  
monium  
debere con-  
stitui super  
re immo-  
bili.  
Navar.  
Barbosa.

Garcia.

208.  
An patri-  
monium,  
quod revera  
habetur,  
debet assi-  
gnari in  
titulum?  
cap. 37. de  
Præb. in 6.

Res est du-  
bia.

209.  
Conc. Trid.  
non faver  
patri negan-  
ti.

cilii. Quid enim juvat Clericum, quod habeat divitem patrem, si pater nolit ea ministrare, quæ sunt necessaria ad congruam sustentationem? Et dato, quod hodie velit ministrare, cras poterit nolle; quæ tunc utilitas in bonis paternis? Et verò qui hodie dives est, cras poterit esse pauper, ex quibus bonis tunc vivet Clericus? Nonne cogetur mendicare aut fordidum quæstum exercere, cum dedecore sui status?

Quapropter ut melius sit provisum huic inconvenienti, putant Aliqui, patrimonium constitui debere super re immobili. Ita Navar. lib. 1. Conf. Consil. 34. in novis, & alii apud Barb. sup. n. 39. Qui tamen ordinaretur ad patrimonium in mobilibus non incurreret aliquam pœnam, juxta Navar. supra; sed curare deberet, ut quamprimum dictus titulus bonorum mobilium, converteretur in bona immobilia ad mentem Conc. Trident.

Verum si hæc est mens Concilii, & si Concilium innovavit pœnam suspensionis, quidni foret suspensus? Quippe fuit ordinatus sine titulo, à Concilio requisito. Ita docet Garcia sup. n. 106.

Notat autem hic Auctor n. 77. quod habens patrimonium sufficiens, potest promoveri, licet expressè non assignetur sibi patrimonium in titulum, nec dicatur ad titulum patrimonii; sed satis est, quod illud habeat, & succedit loco tituli. Gloss. in cap. Si Episcopus. verb. Titulum, de Præb. in 6. & favet Concilium dicto cap. 2. Hæc ille.

Sed res est dubia, ut patet ex Gloss. allegata, quæ sic ait: *Vnum scias, quod Ioan. Gof. & Innoc. tenent supra eod. Episcopus, quod quantumcumque Clericus habeat patrimonium, nisi expressè ordinetur ad titulum patrimonii sui, habet actionem contra Ordinantem ad ea, quæ dicuntur infra. Tan. & Hof. contra, dicentes eum si patrimonium habet, tacite ad titulum patrimonii ordinatum, ita quod deficiet actio: Quibus ego consentio per prædictam decret. Episcopus. si alias illud, Nisi, quod ibi ponitur, nec proprie nec exceptivè veniet: & per decret. Tuis. eo tit. in antiq. Et de hoc habes per Hof. supra de Rescriptis, Postulasti. Ita Gloss.*

Nec video, in quo Concilium faveat priori sententiæ. Immo potius contrarium apparet in his verbis: *Eo quoque prius perspecto, patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis obtineri. Ad quid illa perspicientia, nisi ut Clericus illo titulo ordinetur?*

Et ita hodie servatur, quando nullus ordinatur, nisi expresso titulo, vel Ecclesiæ, vel patrimonii, vel paupertatis; ut patet ex Pontificali Romano tit. de Ordinatione Subdiaconi ibi: *Et Notarius unumquemque illorum vocat, dicens: N. ad titulum N. N. ad titulum patrimonii sui. F. N. professus ad titulum paupertatis.* Ad quid hoc, nisi alioquin ordinatus haberet actionem contra Ordinantem, tamquam sine titulo ordinatus? Res ergo ad minus dubia est.

Addit Garcia supra nu. 78. Si tamen aliquis haberet plura bona, seu beneficia, & ad titulum aliquorum specialiter seu nominatim ordinaretur, illa sola essent titulus, & non alia.

Sed cur hoc, si ad titulum non requiritur expressio? Quid si titulus expressus, foret fictus? Quid si nullus exprimeretur? Nunquid ideo absque titulo foret ordinatus? Vel ordinatus pluribus titulis? Quod si pluribus; quare similiter non posset dici pluribus titulis ordinatus, estò unus tantum verus titulus exprimeretur, si, ut aliqua bona sint titulus, non requiritur expressio?

Quia, inquis, quando nullus verus titulus exprimitur, non est ratio, quare potius hæc bona seu beneficia sint titulus, quam illa.

Optima responsio! Ex qua infero: ergo expressio est ratio, quare hæc bona, & non illa sint titulus; ergo ut aliqua bona sint titulus, requiritur expressio, adeoque si nulla exprimitur nulla erunt titulus; eum non sit ratio, quare potius hæc, quam illa. Quod autem contra tunc sint titulus, unde constat? Sic quippe illam ex illis bonis posset alienari, sine licentia Episcopi; quod an sit admittendum, relinquo judicio doctiorum.

Cæterum sufficere patrimonium donatum per parentes, eà conditione, ut filius ultimus eorum habeat, interim dum beneficium aliquod aut bona alia ad ejus congruam sustentationem sufficientia acquirat, dicit Sell. in Select. Cap. 3. num. 2. fuisse resolutum à S. Congregatione. Episc. & Reg. in Eugubina 22. Julii an. 1590.

Itemque sufficere patrimonium assignatum à patre in bonis, quæ sunt directi domini ecclesiæ, & de quibus solvitur quedam transmissio in recognitionem, quatenus utilitas bonorum eorum, filio legitime transferri videtur ad illius vitam honestè sustentandam debent sufficienti, dicit Aldan. in Compend. ca. 2. sol. lib. 1. tit. 3. n. 4. fuisse resolutum in Lucana 7. Sept. 1630.

Denique, ut limitem imponam huic Conditioni, titulus patrimonii extenditur ad titulum donationis, ut patet ex sequenti Decretatione Card. Poteft aliquis ad factos Ordines promoveri ad titulum bonorum, quæ donantur: si tamen Episcopus cavere eum assumendum pro necessitate vel communitate Ecclesiarum, donationesque, huiusmodi veri & alij, ulla fraude in forma valida sunt, de sui bonis, quæ promovendo sufficienti ad vitam honestè sustentandam, quæq; deinceps nullo modo alienari possunt, sine licentia Episcopi, donec beneficium sufficienti ad vitam, vel aliunde habeat, unde vivere poterit.

Ubi nota ly Pro necessitate vel communitate Ecclesiarum. Quæ utique necessitas, vel licentia commoditas (inquit Gar. sup. n. 74.) regulariter adest, præsertim in personis doctis & probatæ vitæ; & ideo regulariter potest quædam etiam hodie, ordinari ad titulum patrimonii.



Flam. Paris. vel pensionis, Flam. Paris. dict. l. 2. c. 6. n. 84 & ita practicatur.

213. Decl. Card. pro parte affi. Pro quo conducit sequens Declaratio sacre Congr. Concilii: Cum ad patrimonium vel pensionis Ecclesie tit. ordinari non possint, nisi illis quos Episcopus iudicaverit assumendos pro necessitate vel utilitate Ecclesiarum suarum, iuxta cap. 2. sess. 21. Clerici autem absentes, Ecclesie necessitatem habentibus, ante subvenire, aut utilitatem aliquam asserere non possunt, quoniam an huiusmodi Clerici luras dimissorias Episcopus concedere possit? Congregatio censuit posse, & ad eum spectare.

Sed quare ego, quo fundamento id censuit Congregatio? Nam in petitione supponitur, quod illi Clerici nec sint necessarii, nec utiles suis Ecclesiis; & quod secundum Trident. non possint ordinari, nisi pro necessitate vel utilitate suarum Ecclesiarum: quis ergo dedit Congregationi potestatem declarandi, contra expressa verba Tridentini? Nisi forte dixeris, Congregationem non fuisse locutam de Ordinatione, sed tantum de lites dimissorias, relinquendo examinationem tituli Episcopo, ad quem tales Clerici dimittuntur; & tunc illa Declaratio non conducit ad propositum.

214. Videtur non semper adesse. Et verò, si semper est necessitas, vel utilitas, cur potius illa particula additur ad titulum patrimonii, vel pensionis; quam ad titulum beneficii? Hæc satis de titulo congruæ sustentationis: plura apud Auctores hic citatos reperies, quæ brevitate gratiã omisi. Nunc tempus est, ut tempora Ordinationum paucis antehæmus; neque enim fas est singulis diebus conferre Ordines sacros, sed certa tempora à jure definita sunt, ut patebit ex Concl. sequenti, quæ talis est:

CONCLUSIO VII.

Ordines conferri, & suscipi debent certis anni temporibus.

215. Quo tempore possint conferri. Suppono, primam Tonsuram posse conferri & suscipi quocumque die, hora & loco. Ita lego in Pontificali Romano tit. de Ordinibus conferendis ibi: Clericatus seu prima Tonsura: quocumque die, hora, & loco conferri potest.

Et titulo de Clerico faciendo: Clericus, inquit, fieri potest etiam extra Missarum solemniam quocumque die, hora & loco. Supple. decenti.

216. Tempus consecrationis Episcopi. De temporibus autem Ordinationum hæc statuit idem Pontificalis; imprimis de consecratione Episcopi Tit. de Consecratione electi in Episcopum: Statuta die Consecrationis, que debet esse Dominica, vel Natalium Apostolorum, vel etiam festiva, si seminus Pontifex hoc specialiter indulerit.

Deinde de alijs Ordinationibus Tit. de Ord. conf. Tempora Ordinationum sunt. Sabbata in

omnibus quatuor temporibus. Sabbatum ante Dominicam de Passione & Sabbatum sanctum. Minores vero Ordines possunt dari singulis Dominicis & festivis diebus duplicibus, ubicumque (id est, in quocumque loco decenti) in mane tamen; id enim magis convenit; etiam extra Missarum solemniam, ut dicitur Tit. de minoribus Ordinibus.

At verò majores Ordines non nisi intra Missa celebrationem, adeoque non nisi in loco ubi Missa celebratur. Licet enim hoc expresse non dicatur in Pontificali, tamen satis colligitur ex eo, quod majores Ordines dicat posse conferri extra Missarum solemniam, quod indubie etiam dicitur de Majoribus, si id aliquando liceret.

Deinde sic lego Tit. de Ord. confer. Quando autem Pontifex extra Missarum solemniam est promotus aliquos ad primam Tonsuram, vel ad quatuor majores Ordines suscipi, quod habeat solam supra rochetum, vel supra superpelliceam (si sit Religiosus) & mitram simplicem. Cum autem est celebratur pro sacris Ordinibus conferendis, habere debet sandalia & omnia paramenta Pontificalia & dicere Pfalmum: Quam dilecta &c.

Ubi clarissime supponit, Episcopum pro sacris Ordinibus conferendis debere celebrare; idque intelligo non solum de concordentia aliqua, ut supra explicavi ly in mane tamen; sed etiam de stricta obligatione; ita ut Episcopus graviter peccaret, conferens aliquem Ordinem sacrum extra Missarum solemniam, est enim res gravis, præsertim cum aliqui doceant, id requiri ad velorem.

218. Angelus verb. Ordo. 4. num. 9. sic scribit. Utrum possint conferri post prandium? Respondeo quod non, tamen si conferuntur, tenent, secundum Hug. 75. dist. Ordinationes, & Ber. Lau. Jo. & Goff. in dicto cap. De eo. Raynerius verò ponit jejunium Ordinantis & ordinati inter illa, quæ sunt in dubio, an sint de substantia, vel ne: & propterea tenet, quod totum sit reiterandum; quia non dicitur reiteratum, quod nescitur factum, cap. Veniens, de Presbyt. non baptizato.

Contrarium tamen credo verius in minoribus Ordinibus per notata in dicto cap. Litteras. & 75. dist. Quod à patribus, in quibus Missa non est de necessitate. Sed in majoribus dixerem cum Raynerio; cum Missa sit de substantia, ut notat Do. Anto. in dicto cap. Litteras, &c. Ille. Idem docet Sylvester verb. Ordo. 2. q. 9. Sed tu tene cum alijs communiter, quod Missa non est de substantia etiam Ordinis sacri.

Quantum ad locum, in quo debeant conferri Ordines sacri, sic scriptum est in Pontificali Romano tit. de Ord. confer. Ordinationes sacrorum Ordinum statuta sunt temporibus, ac in Cathedrali Ecclesia, vocatis presentibus, ad id Ecclesia Canonice publice celebrentur: si autem in alio accessu loco præsentem Clero loci dignior, quantum fieri poterit, Ecclesia semper adcuratur. Quod desumptum est ex

distib. num.

217. Majores Ordines non possunt conferri nisi intra Missa celebrationem.

An Missa sit de substantia. Angelus. An jejunium ordinati sit de substantia. Raynerius.

219. Quo loco debeant conferri Ordines sacri. Raynerius. Romis. Romis.

distib. O



Tridentino sess. 23. de refor. c. 8. & intelligendum de solemnitate publica Ordinatione; nam privata fieri potest, & interdum fit in privato oratorio, in quo Episcopus celebrat.

Et consimiliter Episcopalem consecrationem debere fieri intra Missarum solemniam, & per consequens in loco, ubi solet celebrari Missa, nemini dubium esse potest, qui inspexit Pontificale Romanum tit. de Consecratione Electi in Episcopum; quamvis nec Missa, nec locus sint de eius substantia, sicut ante diximus de aliis Ordinibus sacris; peccaret tamen mortaliter, qui extra Missarum solemniam consecraret, quia res notabilis est, sicut dictum fuit de aliis sacris Ordinibus.

Sed nunquid etiam peccaret mortaliter, qui minores vel majores Ordines conferret aut reciperet extra tempora à jure statuta? Responso patebit ex juribus, quæ hic subjicio ex lib. 1. Decret. tit. 11. de Temp. Ord. ubi cap. 1. (quod est Alex. 3.) sic legitur: *Subdiaconus autem nulli, nisi Romano Pontifici liceat in diebus Dominicis ordinare: Quamvis consecrandi Deo dicatas Virgines, & minores Ordines his diebus habeant licentiam celebrandi.*

220. An peccet mortaliter, qui ordinat extra tempora à jure statuta. cap. 1. de Temp. Ord.

cap. 2. eod.

Et cap. 2. Idem Pontifex ita statuit: *Sanctè super eo, quod moris esse dixisti in Ecclesiis quibusdam Sicilia & Vallia (aliàs, Gallia, aut, Gædia) in dedicationibus Ecclesiarum vel Altarium extra ieiunia quatuor temporum Clericos ad sacros Ordines promoveri: Significamus, quod consuetudo illa (in ipse institutioni Ecclesiastica inimica) est penitus improbanda; & nisi multitudo & antiqua consuetudo terre esset, taliter ordinari non deberem permitti in susceptis Ordinibus ministrare: nam apud nos sic ordinari deponerentur, & Ordinantes privarentur auctoritate ordinandi.*

cap. 3. eod.

Accedat cap. 3. ejusdem Alex. De eo autem quod quaesivisti; an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in Ostiarios, Lectores, Exorcistas vel Acolythos, aut etiam Subdiaconos promoveri: Taliter respondemus, quod licitum est Episcopis Dominicis & aliis festivis diebus unum aut duos ad minores Ordines promoveri. Sed ad Subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, aut Sabbato sancto, vel in Sabbato ante Dominicam de Passione, nulli Episcoporum, præterquam Romano Pontifici licet aliquos ordinare.

221. cap. 4. eod.

Consimiliter loquuntur alii Pontifices Vrb. 3. cap. 8. eod. Cùm quidam: Et infra, Episcopum qui die, quò non debuit Ordines (majores) celebravit, Canonica disciplina corrigere: & ordinato à susceptis Ordinibus tandem reddere debes expensas, donec apud nos restitutionis gratiam consequantur.

cap. 16. eod.

Et Greg. 9. cap. 16. eod. Consultationi tua taliter respondemus, quod eos, qui extra tempora statuta sacros Ordines receperunt, characterem non est dubium recepisse, quos pro transgressione huiusmodi (primò eis penitentia imposita competenti) sustinere poteris in susceptis Ordinibus ministrare.

Ordinatio extra tempora

Ex his juribus nemo non clarè videt; Primò; Ordinationem extra tempora, à jure statuta,

validam esse. Secundò; graviter peccare, cum Episcopum, conferentem majores Ordines Clericum; eos recipientem; quoniam Pontifex non solet sibi reservare res innotuimenti, nec peccatum veniale punire parâ suspensionis.

Admittunt tamen Sylvester verb. Ord. q. 6. Rosella n. 8. Tab. q. 3. Sanchez cap. de Ord. dub. 51. cum Aliis, quos refert, Henriquez lib. 10. c. 12. n. 12. & Villalobos tom. 1. Sum tract. 11. diff. 13. n. 3. posse Episcopum ex legitima causa, v. g. quia fuit tantâ multitudo ordinandorum, ut non posset Ordinibus die Sabbathi perfici, conferre majores aliquem Ordinem Dominicâ immediatâ post Sabbathum quatuor temporum, dummodo tam ordinandus, quam Ordinans continuet jejuni-um.

Sed hoc (inquit Aversa hic q. 3. sect. 9. Prima sit conditio) non habet fundamentum in jure, nec est admittendum. Neque continuatio jejunii protrahit Sabbathum in Dominicam. Hæc ille.

Auctores autem citati pro fundamento in jure adducunt cap. 4. dist. 75. ubi Leo Episcopus c. 1. hæc scribit Dioscoro Alexandrino Episcopo: *Quod à Patribus nostris propense est servatum esse servatum, à vobis quoque volumus observari, ut non passim diebus omnibus Sacris alio vel Levitico Ordinato celebraretur; sed postquam Sabbathi eius notis qua lucebat in prima Sabbathi, etiam consecratis eligantur, in quibus his, qui consecrati sunt, ieiunium & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod ejusdem observantia est, si nati post Dominico die, continuato ieiunio Sabbathi celebratur, à quo tempore notis intra non recedat, quod ad diem resurrectionis (sicut etiam in pascha Domini declaratur) pertinere non dubium est.*

Igitur secundum hoc jus continuatio post Sabbathum protrahit Sabbathum in Dominicam, id est, facit, ut Sabbathum fictione jungetur ad Dominicam, vel, ut Alii loquuntur, quòd manè Dominicæ sequentis trahatur ad vespeream Sabbathi præcedentis; & sic dicantur illi Ordines conferri in Sabbato.

Rogas; de quo jejuniò debent intelligi Auctores? Respondeo; Aliqui intelligunt de jejuniò naturali, adeo ut si Episcopus fuerit die Sabbathi Sacrum, non debeat sumere adulationem. Sic D. Antonius 3. part. tit. 14. c. 16. §. 16. & Panormitanus cap. Litterar. de Temp. Ord. n. 4.

Sed meliùs (inquit Sanchez supra) Alii dicunt, intelligi de jejuniò Ecclesiastico, quod per hanc ablationem non tollitur. Sic Sylvester & Tabiena supra. Quod etiam mihi magis placet, sic intellectum, quòd non omne illud, quod solvit jejuniùm naturale, solvat hoc jejuniùm, quod non solvit jejuniùm Ecclesiasticum, non autem hoc modo, quòd nihil solvat hoc jejuniùm, quod non solvit jejuniùm Ecclesiasticum, enim Ordinator & Ordinandus possent die Sabbathi prædere & sumere collationem vespertinam.



tinam, quod tamen nullatenus est admittendum in hoc jejunio, ut clarum est.

Et verò quod dictum est de mane Dominicæ sequentis, etiam intelligitur hi Auctores de nocte Dominicæ Resurrectionis, si in ea celebratur Missa, quod olim moris erat; non autem de aliis noctibus; quia in illis non celebratur Missa.

maiori Tit. de Ord. conf. *Minores vero Ordines possunt dari singulis Dominicis & festiuis diebus duplicibus.* Querunt siquidem Doctores, quinam hic censentur festivi dies duplices; an omne festum, quod in officio divino fit more duplici sive est duplex; an verò solum festum fori, ut vocant, seu præceptum in populo. Et ante resolutionem.

*censentur festivi dies duplices in Pontificali Romano.*

Notandum, quòd ius commune, supra allegatum, non addat ly *Duplicibus*, sed simpliciter: *Festiuis diebus*. Quo prænotato, duplex est sententia. Prima requirit festum in populo seu de præcepto. Auctores pro ea citat Diana part. 5. tract. 13. Miscell. resol. 97. quos sequitur Arriaga hic disp. 57. n. 52. attentis verbis juris communis.

*Prima sententia requirit festum in populo. Diana. Arriaga.*

Certissimum, inquit ille, est, à tota Ecclesia hanc vocem absolute prolata, *Dies festus*, *Dies festiuis*, denotare festum fori. Unde sine ulla limitatione; quando agitur de præcepto audiendi Sacrum, dicitur, tenei nos audire Sacrum diebus Dominicis & festis, ubi nemo cogitavit intelligi dies, in quibus de festo duplici agitur. Deinde, quando in Trident. dicitur, denuntiationes Matrimonii esse faciendas in diebus festiuis, communiter omnes intelligunt dies Dominicos, vel festos fori.

Ratio itaque à priori est; quia licet vox, *Festum*, quando jungitur cum a teta voce, *Duplex*, possit intelligi de duplici chori; quando tamen absolute ponitur: *Dies festus*; repugnat intelligi de festo solius chori; alioquin etiam semiduplicita intelligi deberent; quia etiam sunt proprie festa chori; & tam absolute dicimus celebrari in choro festum sanctæ Agathæ; quam sanctæ Agnetis, esto unum sit duplex, alterum semiduplex. Immo & de simplici dicimus: *Celebratur hodie festum. talis sancti in choro.*

*Ratio à priori.*

Hinc quando in Bullis, in quibus agitur de re, non pertinente immediate ad chorum, qualis est collatio Ordinum, promulgatio eorum, qui velunt contrahere matrimonium, & similia, vox, *Festum* absolute prolata, aut, *Festiuis diebus*, solum significat festum, prout communiter omnes Catholici illud accipiunt; etiam hi, qui nihil de Rubricis Breviarii sciunt; tunc autem proprie significat festum, quod ab omnibus celebratur, id est, fori; ergo (infern prædictus Auctor) si loquendum sit juxta terminos illos juris communis, profectò non potest dici licere conferri eos Ordines extra festa fori.

*229. Contrariam sententiam tenet Præpositus.*

Contrariam nihilominus sententiam tenet Præpositus hic n. 150. ubi sic ait: *Minores Ordines non solum his diebus (Sabbathis quatuor temporum &c.) conferri possunt, sed & feria 6. precedente, item feria 4. ex recepta Episcoporum consuetudine. Immo & Dominicis diebus & festis possunt paucis conferri, pluribus, inquam, quam duobus, ut Sylvestet* N n n n 3

*225. Hæc sententia non est improbabilis, ex c. 13. de Temp. Ord.*

*226. quam tenet Gloss. in illud cap.*

*he probat à simili.*

*Respondetur ad consuetudinem voluntariam.*

*227. Quorum*



verb. Ordo q. 6. qui plures citat, Henriquez lib. 10. c. 12. nu. 2. quamvis enim cap. De eo, dicatur: Vni vel duobus, per hoc tamen solidum videtur significari, ut Dominica vel festo die non fiant Ordines generales, etiam minores. Quod autem eo cap. dicitur; Festis, non tantum videtur intelligendum de festo, quod servatur in populo, sed etiam de eo quod servatur in Choro. Hæc ille.

A quo si petas; quâ ratione, aut quo jure hoc videatur, alium est silentium.

Melius ergo Fagundez Præcept. 1. lib. 1. cap. 2. n. 11. Rogabis (inquit) an cum summus Pontifex concedit privilegium alicui, ut possit extra tempus, à jure statutum, tribus diebus festivis ad tres sacros Ordines Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotii promoveri, nomine diei festi, intelligatur festus dies ac feriatas, in quo populus à laboribus & operibus servilibus cessat; an sufficiat, quod sit dies duplex, licet non sit feriatas?

Bipartita est sententia de hac re. Prima docet; necesse esse hos dies esse à laboribus & operibus servilibus feriatos, & non sufficere, quod sint duplices & festi in ordine ad officia divina. Secunda tamen sententia, verior & probabilior, docet; sufficere, quod sint dies duplices & festi in ordine ad officia divina, licet non sint à laboribus feriatas.

Ita docet expressè Eman. Rodrig. tom. 3. qq. Reg. q. 23. a. 5. nam in privilegio Mendicantium, quod habetur in Comp. Mend. tit. Ordines sacri, §. fin. concessio ab Alex. 6. Ordini D. Hieronymi, ita habetur: Prior Generalis Ordinis S. Hieronymi, & singuli Priores eiusdem Ordinis presentes & futuri, possunt eligere quemcumque Episcopum Catholicum communionem Sedis Apostolica habentem, qui personas singularum monasteriorum eiusmodi, ad id idoneas, ad omnes etiam sacros & Presbyteratus Ordines, etiam extra tempora à iure statuta, tribus diebus Dominicis sive festivis duplicibus successivè promoveri possit, Diœcesanorum licenti à super hoc non requisitâ.

Ubi distinctionem facit summus Pontifex inter dies Dominicos, qui semper sunt feriatas à laboribus, & inter alios dies festos duplices, de quibus non expressit, debere esse à laboribus feriatos, ut videre est ibi: Tribus diebus Dominicis, sive festivis duplicibus; ubi illa particula, Sive, est disiunctiva & non synonyma aut copulativa; & quamvis dicat, Festis, & postea addat, Duplicibus; parum refert, quia illud nomen, Festum, sumendum est, per ordinem ad celebrationem officii duplicis, non per ordinem ad vacationem aut feriationem operum servilium.

Colligitur hoc ex Suario to. 1. de Relig. lib. 2. de Diebus festis c. 9. n. 22. ubi notat in Clement. unica de Reliquiis & Vener. Sanctorum, festa DD. Ecclesie & Evangelistarum, æquiparari festis Apostolorum, non quidem in feriatione horum festorum, sed in celebratione eorum sub officio duplici.

Præterea, Ecclesia celebrat festi sancti Lucae Evangelista, sancti Ambrosii, sancti Bonaventurae, & sancti Thomae Aquinatis sub officio duplici, & in prædicta Clementina hi dies bonorum Sanctorum, dies festi appellantur, non ergo requiruntur, ut dies festi appellantur, quod huiusmodi dies sint feriatas à laboribus, cum in iure dies festi appellantur hi, qui à laboribus feriatas non sunt. Ita Fagundez, paucis omittis, quæ ad propositum non spectabant.

Cum autem Pontificale Romanum agens de minoribus Ordinibus eisdem verbis utatur, scilicet: Festivis diebus duplicibus, eadem ratio hic currit, quæ in isto privilegio, quod loquitur de maioribus Ordinibus.

Quinimo Rodriguez supra refert, Clem. 8. festivos dies, quoad Ordines minores conferendos, declarasse esse censendos, etiam in quibus semiduplex recitatur, quam Declarationem, inquit ille, accepit ab Illustrissimo Domino Petro Lunco de Polada, Cathedralis Salmantensis Episcopo dignissimo, qui mihi ostendit Epistolam Illustrissimi Domini Ioannis de S. Clemente Archiepiscopi Compostellani ad Illustrissimam, in qua ipsum Dominum Episcopum de præfata Declaratione fecit certiorum. Hæc Rodriguez.

Denique Fagundez supra n. 13. sic ait Privilegium Societatis (in quo tamen non fit mentio duplicium, sed tantum dierum festivorum) est in viridi observantia & ulu confirmatum, nam tribus diebus duplicibus non feriatas ordinatus fuit P. Eman. Vicia eiusdem Societatis Combricensis à D. Alphonso ab Abbatibus Combricensis Episcopo: tribus iten diebus duplicibus non feriatas, ordinati fuerunt duo Patres Societatis Iesu me præfente Illustrissimo Domino Rodrico à Cunha Episcopo Amiensis, postea meritisimo Portuensi, cum nato prius nostro privilegio & diligenter examinato studio super hanc rem, & sæpè vult fieri in nostra Societate. Hæc ille.

Quæ, si verâ sunt, reddant hanc opinionem satis probabilem; nam consuetudo est optima legum interpretis; & ideo merito dicitur Dicitur supra in fine, ne timeant Episcopi illam in partem deducere.

Interim pro prima sententia adverto, Declarationem Clement. 8. quam adducit Rodriguez, quamvis explicari posse etiam in eius favore, potest, ut in die festivo in populo seu de præcepto, tantum recitetur in choro officium semiduplex; cum autem ius commune non requirat pro collatione minorum Ordinum, nisi diem festum, scilicet de præcepto, declaravit pontifex ad tollendum omnem dubium, sufficere omnem diem festum, tametsi in eo non recitetur in choro officium duplex, quia ubi ius non distinguit, nec nos debemus distinguere.

Si autem queritur; quare ergo Pontifex

230. quam v. riorum appellat Fagundez.

231. citans Rodriguez, qui eam probat ex quodam privilegio Mendicantium.

Suarez.



& illud privilegium addiderint ly *Duplicibus*? Respondet Arriaga primò, retorquendo argumentum sic: si omnia duplicia, etiam solius chori, sufficiant; ergo gratis additur *Tò festivis*, sed sufficisset dicere: *Diebus duplicibus*.

Respondet secundò; non dici in eis privilegium (uti nec in Pontificali) *In festis duplicibus* (prout perperam legit suprà Fagundez) sed, *in festis duplicibus*; hæc autem vox, *Festiva dies*, magis adhuc declarat solemnitatem fori, quàm illa: *Festum duplex*.

Denique respondet; esse positam eam particulam ornatis causâ, quia omnes ferè dies festivi in foro, sunt duplices; quòd si aliquando contingat intra hebdomadam sanctam, aut intra hebdomadam Paschæ, & Pentecostes, incidere festum fori, quod tamen non sit duplex, quia in eo non sit officium, profectò juxta hos Auctores, qui festum duplex volunt ibi præcisè intelligi, non poterunt tunc concedi Ordines, quod tamen non puto ullum asserturum.

Juxta meam autem explicationem, quòd dies festivi intelligantur fori, clarè constat, non minùs tunc posse concedi, quàm si officium esset duplex: ac proinde dixi; ferè semper omnes festivos esse duplices, ideoque meritò conjuncta sunt illa verba; quæ è contrario non possunt in adversa sententia conjungi per se, quia nee per se duplicia chori sunt festiva, ut ea vox significat. Constat ergo si standum sit acceptioni vocis, & intento Pontificum, non posse eos Ordines conferri extra festa fori, licet ob auctoritatem extrinsecam eorum, quos antea citavimus, possit in praxi Episcopus se ei opinionio accommodare. Hactenus Arriaga suprà n. 55. & 56.

Putat autem hic Auctor ibidem n. 54. ideo Ecclesiam requirere diem festivum duplicem, ut Ordines hi dentur publicè & solemniter: ad quod multùm facit esse festum fori, quòd homines in eo magis expediti sint ad concurrendum in Ecclesiam. Ad hæc autem quid, quæso, facit, quod in choro repetantur antiphonæ integre ante psalmos, & quod non dicantur plures Orationes in officio & omitantur Preces, in quo solo consistit differentia duplicis chori à semiduplici?

Unde ob eam causam ponit Ecclesia Dominicas, ut in eis conferantur hi Ordines, cum tamen Dominicæ non habeant officium duplex; ergo quando adduntur festa, intelligi debent ea, quæ conveniunt cum Dominica in ea ratione, sub qua Dominica: atqui in ratione duplicis chori Dominica non convenit cum iis diebus duplicibus, convenit autem cum festis fori in solemnitate; ergo hæc festa intelligi debent adungi Dominicis, non verò festa solius chori. Hæc ille.

Sed contra facit; quòd hodie minores Ordines non soleant conferri publicè in Ecclesia, saltem in his partibus, sed in domo Episcopi in

privato Oratorio, aut alio cubiculo; ergo ille major concursus populi in Ecclesiam, non videtur fuisse intentum Pontificis.

Quod autem dicebat n. 55. de festis fori occurrentibus in hebdomada sancta aut Hebdomada Paschæ, vel Pentecostes, saltem apud nos non habet locum; nam etiam ipsa festivitas fori, & non solum officium transfertur post illas septimanas, aut tertè illo anno non servatur festivitas fori, tamen si transferatur officium.

Si verò in aliquibus locis servetur festivitas fori, translato solo officio; cur etiam in secunda sententia non possent Ordines isti conferri tali festivo die? Quia merè per accidens est; quòd in choro non servetur officium duplex, quod de per se servandum foret; hoc autem quare non sufficiat?

Cæterùm quod suprà attulit Fagundez ex Suario, in confirmationem hujus opinionis ex Clement. unica de Reliquiis & veneratione Sanctorum; ibi non invenio; cum nulla in ea fiat mentio Doctorum Ecclesiæ, vel Evangelistarum, aut Apostolorum; sed neque sancti Luca, sancti Ambrosii, sancti Bonaventuræ, & sancti Thomæ Aquinatis, nisi sub his generalibus terminis, quos subijcio:

Hoc enim circa sanctos, quos per anni circulum ipsa observat Ecclesia, ut quàmvis in Litanis & Missis ac aliis etiam ipsorum memoriam sæpius renovemus: nihilominus tamen ipsorum natalitia certis diebus per annum solemnitus recolat, festa propter hoc eisdem diebus specialia celebrando. Et quia in his festis circa solemnitatis debitum aliquid per negligentiam, aut rei familiaris occupationem, aut alias ex humana fragilitate omittitur, statim ipsa Mater Ecclesia certum diem, in qua generaliter omnium Sanctorum commemoratio fieret: ut in hac ipsorum celebratione communi, quicquid in propriis ipsorum festivitibus omisam existeret, solveretur.

Ecce totum quod habetur in illa Clementina, quod aliquo modo posset facere ad nostrum propositum. Dico; Aliquo modo, quia absolute nihil facit ad propositum, quippe, ut ad oculum patet, loquitur Pontifex non tantùm de Sanctis, qui celebrantur officio duplici, sed etiam semiduplici & simplici.

Igitur mendosè, vel illi Auctores scripserunt, vel typographi impresserunt, pro cap. unico de Reliq. & venerat. Sanctorum in 6. Clement. unica de Reliq. & venerat. Sanctorum.

Sed nunquid probatio desumpta ex illo cap. efficax? Nequaquam: quia licet dies illorum Sanctorum vocentur, *Dies festi*, ut ait Fagundez, sive, ut habet textus, *Festa*, seu, *Festivitates*; tamen non appellantur: *Dies festivi*, qui assignantur pro tempore Ordinationis: esse autem synonyma *Dies festi*, & *Dies festivi*, negat prima sententia.

Deinde illo loco agitur de re, pertinente immediate ad chorum, adeoque non mirum, si appellantur dies festi, tamen in eis non vacatur

Quare Pontif. addiderit ly Duplicibus. Arriaga.

236. Quare Ecclesia requirit diem festivum duplicem, ex Arriaga.

237. Expenduntur rationes ejus.

238. Examinatur doctrina Fagundez.

Verba Clem. un. de Reliq. & venerat. 55.

239. quæ nihil faciunt ad propositum.

tur



tur ab operibus servilibus. At verò in casu proposito agitur immediatè de collatione Ordinum, & ideo tunc, sicut supra diximus ex Arriaga, vox, *Festum*, significat festum, quod ab omnibus celebratur, id est, fori.

Resolutio finalis.

Henriques.

His ita discussis pro utraque sententia, relinquendo Lectori meo electionem: sic tamen ut licet eligat primam sententiam, equidem cum Henriquez, in Sum. lib. 9. c. 28. §. 1. dicat, sufficere, si in diocesi, in qua conferuntur Ordines, sit solemnitas diei festivæ, etiamsi ubique non celebretur.

240. An peccaret mortaliter, qui extra tempus debitum conferret vel susciperet Ordines minores.

Sed nunquid peccaret mortaliter, qui extra tempus debitum conferret, vel susciperet Ordines minores? Non esse rem tanti momenti, sicuti extra tempus debitum conferre, vel suscipere Ordines majores, patet manifestè ex jure communi, in quo, ut supra vidimus, hoc prohibetur sub gravi poena, illud autem non.

Quia tamen & illud sub gravi poena prohibitum fuit à Sixto 5. in Bulla contra male promotos, alibi allegatâ, saltem hic Pontifex censuit esse materiam gravem; & quamquam hæc poenæ revocata sint, ut etiam ibi diximus, equidem propterea non cessat esse peccatum mortale, cum adhuc maneat prohibitum per jus commune, & materia sit capax gravis obligationis, ut patet ex Bulla Sixti 5. antequam fuit revocata. Et aliunde nihil repugnat, unum peccatum mortale esse gravius altero.

241. Mendicantes aliquando habuerunt privilegium suscipiendi Ordines extra tempus ordinarium.

Privilegium Eug. 4.

Restat sola difficultas de privilegiis Mendicantium; quæ enim dicta sunt, intelliguntur seclusis privilegiis, aut speciali dispensatione Pontificis. Et verò non dubium, quin Mendicantes aliquando habuerint privilegium suscipiendi Ordines, etiam majores, extra tempora à jure statuta, ut patet ex illo supra assignato Alex. 6. apud Rodrig. & alio Eug. 4. ut habetur in Comp. privil. Mend. verb. Ordines. §. 9. sub his terminis: *Euge. 4. ut singuli Monachi presentes & futuri sancti Benedicti, ad id idonei, quos Prior sui Monasterii ad hoc elegerit, sive nominaverit semel dumtaxat anno quolibet, omnes, etiam sacros, Ordines, unâ & eadem die, etiam extra tempora à jure statuta, à quibuscumque Antistitibus Catholicis, gratiam & communionem Sedis Apostolica habentibus, cuiusvis super hoc licentiâ minime requisitâ, suscipere, dictis Antistites eisdem Monachis Ordines eiusmodi conferre possint.*

Privilegium Greg. 13. & Clem. 8.

Novissimè id concessit Societati Iesu post Concil. Trident. Greg. 13. Bullâ: *Pium & utile*, alibi allegatâ; & Clem. 8. Fratribus sancti Iovannis Evang. in Portugallia sub data 23. Novemb. 1596. ut Portel verb. Ordines sacri. n. 4. testatur se vidisse. Et certissimum est, quod Patres Societatis, & si qui alii communicent illud privilegium, vi ejus, etiam hodie, possint ordinari extra tempora à jure statuta.

242. Negat Miranda

An autem vi privilegiorum antecedentium Tridentinum sicut olim, ita etiam hodie omnes Medicantes possint sic ordinari, disputatur

inter Theologos. Negat Miranda id esse probabile, to. 1. q. 38. a. 4. propter fortissima, inquit, testimonia. Primum Conc. Tridentini sess. 2. c. 8. in principio: *Ordinationes sacrorum Ordinum statuta à jure temporibus . . . celebrantur.*

Quibus verbis, quàmvis non id dicitur, atque apponitur, statim revocari videntur prædicta privilegia; maxime cum in eodem Concilio sess. 25. c. 22. quasi epilogando omnia, quæ in sessionibus præcedentibus dicta fuerant, concludat prædictum Concilium dicendo: *Hæc omnia & singula, in superius dictis consenta, observari præcipit sancta Synodus in omnibus Cænobis & monasteriis, Collegiis ac domibus quoviscumque Monachorum & Regularium &c. non obstantibus eorum omnium & singulorum privilegia sub quibuscumque formalis verborum conceptis, ac more magnum appellatis, etiam in fundatione institutis, nec non constitutionibus & Regulis etiam in aliis, atque etiam consuetudinibus vel præscriptis, tam immemorabilibus &c.*

Secundum Pii 2. Extravag. Cum ex præteritis, ubi suspenduntur sic ordinati, ubi extra tempora &c.

Tertium Sixti 5. Bullâ, quæ incipit: *Admirationem & salutem*, contra male promotos, ubi strictè ac sub gravibus poenis præcipitur, ut tempo extra tempora ordinentur.

Ecce fortissima testimonia, propter quod nullo modo videtur Miranda probabilis sententia, quæ dicit, posse Regulares tunc extra prædictorum privilegiorum ab Episcopis ordinari. Ordinibus sacris extra tempora. Illa autem propter illa debilissima, ut sic loquar, testimonia, vix videtur opposita sententia probabilis.

Nam, ut ab ultimo exordiamur, hoc prædictum à Clemente 8. ad terminos jurisdictionis; Constit. Pii 2. & Conc. Trident. Quod miror præfatum Auctorem ignorasse, nec dissimulasse, ut plura videretur habere testimonia, quàm à parte rei habebat.

Quantum ad secundum testimonium, hoc Pii 2. suspenduntur quidem in illa Extravag. extra tempora sunt ordinati; sed cum illa addito: *Abque dispensatione canonica aut legitima licentia*; nec revocantur ulla privilegia Mendicantium. Et hæc quis prohibuit Alex. 6. non obstante illâ Constitutione sui Prædecessoris, ab ea eximere Mendicantes?

Restat ergo solum testimonium Tridentini ad quod respondeo ex eodemmet cap. Canon. l. ii. Cum enim in eo, secundo loco decretum Concilium, ut uniusquique à proprio Episcopo ordinetur, continuo privilegia in contrarium revocat, ibi: *Quod si quis ab alio promoveatur, nullatenus id ei etiam cuiusvis generis ac personæ rescriptis vel privilegiis prætextu, etiam statuta temporibus, perimitatur &c.* Quorum tamen privilegiorum non fit mentio in primo decreto, et



quo hic disputamus, ergo quoad hoc non revocatur privilegia Regularium.

Deinde in pluribus aliis locis, quando Concil. voluit revocare privilegia in contrarium, id fecit per illam, aut equivalentem particulam; Non obstantibus privilegiis &c. Cum ergo hoc in presenti loco non fecerit, signum manifestissimum est, non voluisse derogare privilegiis Mendicantium.

Porro quod addit Miranda: Maxime cum in eodem Conc. sess. 25. cap. 22. &c. parvi est momenti. Imprimis Concil. non dicit: Hac omnia & singula in superioribus sessionibus contenta; sed, In superioribus decretis contenta. Et verò cur non dixisset, sessionibus, si illa fuit ejus mens, quam ille Auctor pretendit? Igitur per illa decreta, intellexit decreta presentis sessionis 25. de Reg.

246. Referuntur fultis verba Conc. Trid.

Quod sic ulterius ostendo ex verbis ejusdem cap. quæ lubet parùm fultis excerpere: *Et quia sancta Synodus desiderat, ut omnia & singula supradicta quam primum executioni demandentur, precipit omnibus Episcopis in monasteriis sibi subiectis, & in omnibus aliis, ipsi in superioribus decretis specialiter commissis, atque omnibus Abbatibus & Generalibus & aliis superioribus Ordinum supradictorum, ut statim prædicta exequantur, & si quid executioni mandatum non sit, episcoporum negligentiam Concilia Provincialia suppleant & coercerant. Regularium verò Capitula Provincialia & Generalia, & in defectum Capitalorum Generalium, Concilia Provincialia per deputationem aliquorum ejusdem Ordinis provideant. Hortatur etiam sancta Synodus omnes Reges, Principes, Reipubl. & Magistratus, & in virtute sanctæ Obedientie precipit, ut velint prædictis Episcopis, Abbatibus, ac Generalibus, & cæteris Præfectis in superioribus contenta reformationis executione suum auxilium & auctoritatem interponere, quibus fuerint requisiti, ut sine ulla impedimento præmissa rectè exequantur ad laudem Dei omnipotentis.*

Quis non clarè videt, Concilium ibi tantum agere de executione reformationis contentæ in illa sess. 25. quæ specialiter inscribitur de Regularibus & Monialibus? Vel ad summum (quod tamen non pato) de illis decretis aliarum sessionum, quæ specialiter concernunt reformationem Regularium, quale non est decretum de suscipiendis aut conferendis Ordinibus tempore à jure statuto, quod non alloquitur Regulares, sed Episcopos; nec solos Regulares, sed generaliter omnes concernit.

Sed audiamus Præpositum q. unicâ de hoc Sacramento n. 156. ubi tractans eam propositum, sic ait: Probabilis est, quòd uti possint suo privilegio, & quòd generalis illa derogatio sit applicanda locis Concilii, in quibus derogatur privilegiis Religiosorum; non verò se extendat ad omnia decreta, quæ etiam si de derogatione privilegiorum sunt edita: hoc sensu sancta Synodus vult omnia supradicta decreta

servari, etiam cum derogatione privilegiorum, quando ea in aliquo decreto est appòsita; quali illa generalis derogatio sit appòsita ad majorem inculcationem particularium, non verò respiciat ea decreta, in quibus non fuit derogatum privilegiis. Hæc ille.

Alioquin si Patres voluissent in uno particulari capitulo revocare omnia privilegia Regularium, quæ sunt contra omnia decreta Concilii, id fecissent in ultimo capitulo sess. 25. de refor. cum ea sit ultima sessio & in ea aliqua concernentia Regulares definiantur c. 4. & 13.

Non video itaque, quo pacto Miranda sententiam Rodríguez supra, Portel supra, Villalobos 1. p. Sum. tract. 11. diffie. 13. n. 6. Hier. Rodrig. in Compend. qq. Reg. telol. 106. n. 7. & Aliorum tam Antiquorum, quàm Recentiorum, audeat vocare improbabilem.

Nec obstat, quod supra Miranda pro quarto testimonio fortissimo adducit, scilicet, Gregor. 13. Sixt. 5. Clement. 8. & Paulum 5. privilegia Regularium confirmasse cum illa clausula: *Dum tamen non sint contraria decretis Concilii Trident. aliisque Constitutionibus Apostolicis.*

Non obstat, inquam; quia sententia illa non indiget privilegiorum confirmationibus; nam sufficiunt ipsi privilegia primitus concessa, quæ nunquam vel per Tridentinum, vel per aliam Constitutionem Apostolicam revocata fuerunt; ideoque eis non sunt contraria, sicuti species non est contraria generi, licet scriptum sit c. 34. de Reg. juris in 6. *Generi per speciem derogatur.*

Ex quo sequitur, quòd etiam verè confirmata sint, ut patet; quia non sunt contraria decretis Conc. Trident. aliisque Constitutionibus Apostolicis. Ne igitur timeant Episcopi, ubi non est timendum, id est, ne timeant Mendicantibus conferre Ordines extra tempora à jure statuta.

Sed nunquid etiam omnes uno die, aut tribus diebus continentis? Attende quod sequitur.

CONCLUSIO VIII.

Ordines conferri, & suscipi debent, servatis certis temporum intervalliis ac intervallis ab uno ad alium Ordinem.

Ita de minoribus Ordinibus statuit Trident. sess. 23. de refor. cap. 11. in principio: *Minores Ordines . . . per temporum intervalla, nisi aliud Episcopo magis expedire videretur, conferantur. Rationem adjungit: Ut edoceri, ac in unoquoque munere, iuxta præscriptum Episcopi, se exercent, idque in ea, cui adscripti erunt, Ecclesia; nisi forte ex causa studiorum absint; atque ita de gradu in gradu.*

248. Objectio.

Solvitur.

249. Probatur.

249. Probatur. Concl. de Ordinibus ex Trid.

247. Sententia Præpositi de hac controversia.



gradum ascendat, ut in eis cum etate, vita merita & doctrina maior accrescat. Quod & bonorum morum exemplum, & asiduum in Ecclesia ministerium, atque maior erga Presbyteros & superiores Ordines reverentia & crebrior, quam antea, Corporis Christi Communio maxime comprobant.

250. Quod interstitium requiratur in minoribus Ordinibus.

Sorbus.

Rever. Armilla.

Angeli.

Judicium Auctoris.

Circa quod statutum quaeritur primò; quod intervallum seu interstitium inter unum & alterum ex minoribus Ordinibus intervenire debeat. Putant quidam, illud sufficere, quod intervenit inter unam & aliam Ordinationem generalem. Alii verò existimant, sufficere illud, quod datur de uno die Dominico aut festo ad alium proximum. Ita Sorbus in Comp. Privil. Mend. verb. Ordines sacri, ibi: Et sic bene concludi posse arbitror, quòd cum talis prohibitio non conferendi eodem die duos sacros Ordines eidem personæ, sit tantùm specificè facta in Ordinibus majoribus, & non in minoribus: minores isti possent omnes simul eodem die dari, quando Episcopus vel Abbas expedire judicaverit, cum non sit contra Concilium, & sit juxta Canones, ut tenet Glossa in cap. De eo. de Temp. Ordinat. & Navar. & Armil. ubi supra, Vel saltem, ubi dari simul non fuerit consuetudo, possent singuli dari Dominicis diebus aliisque festis, ut in præfato cap. De eo. & Ang. in Sum. tit. Ordo 4. prout vidit à multis Episcopis practicari. Hæc ille.

Sanè si consideremus rationem seu finem constitutionis Tridentini, prima sententia videretur amplectenda; interim quia totum relinquatur iudicio Episcopi, & consuetudo, in his saltem partibus, ministrat regulariter omnes minores Ordines simul eodem die, hinc non immerito huic quaestioni; quia sicuti sine ullo interstitio, si ita Episcopus iudicet magis expedire, possunt ministrari; ita etiam cum solo interstitio, quod requirit secunda sententia.

251. Quod interstitium requiritur inter ultimum minorem Ordinem, & Subdiaconatum.

Major difficultas est de interstitio, necessario inter ultimum minorem Ordinem, & primum Ordinem majorem, id est, Subdiaconatum, de quo sic loquitur Trident. supra in fine c. Hi verò non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum ad sacros Ordines promoveantur, nisi necessitas aut Ecclesie utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat.

Et licet etiam hic potestas dispensandi concedatur Episcopo, non tamen nisi propter necessitatem, aut Ecclesie utilitatem, cum prior dispensatio fieri possit ex quacumque causa, cum simpliciter id relinquatur iudicio Episcopi, non expressâ ullâ causâ; impresentiarum autem exprimitur necessitas, vel utilitas Ecclesie, disjunctivè tamen, id est, una vel altera, non necessariò utraque simul.

252. Quando Ecclesia censetur hic habere necessitatem, ex

Porro secundum Antonium 3. part. tit. 14. de Temp. & loc. Ord. §. 18. quem sequitur Sorbus supra, tunc Ecclesia dicitur necessitatem habere, quando alios non habet, Ordines suscipientes, ac ministrorum necessitatem ha-

bet, qui Capellis & beneficiis satisfaciunt. Et tunc erit utilitas, quando licet ipsa alios habeat ministros idoneos, aliis tamen pluribus indigere, ut melius serviat.

Et verò ex verbis Trident. supra allegatis liquet, hanc necessitatem relictam esse iudicio Episcopi. Quæris cujus Episcopi? Respondet; Dioeceseos ejus, qui ordinandus est, non autem Ordinatoris, qui cum literis dimittitur subditos alienos ordinat; nisi hoc ei in eisdem literis expressè concedatur. Ita Miranda supra art. 7. conclus. 2. & Alii apud Barb. in Collat. ad sess. 23. c. 13. n. 7.

Colligitur autem ex eodem cap. Trident. ibi: Ac in unoquoque movere, iuxta præceptum Episcopi, se exercent. Ubi procul dubio intelligitur Episcopus dioeceseanus ordinandi se ordinari. Item ex cap. 16. ead. ibi: Nullus alius ordinari, qui iudicio sui Episcopi non sit utilis, nisi in Ecclesia necessarius. Ubi nota ly sui, quod tribuè dicit respectum ad ordinandum. Et ratio est; quia nullus melius novit necessitatem vel utilitatem Ecclesie, in qua talis ordinandus debet residere.

Ceterum sub Episcopo hic intelligitur etiam Abbatem, quando per se ipsum subditos suos ordinat; cum in ipsos habeat auctoritatem Episcopalem vel quasi Episcopalem, & Regul. 42. de Reg. Juris in 6. dicit: Anonymi naturam sequi congruit principis. Si ergo ipsi competat ex privilegio Pontificio locus suorum ordinare, quod est principale; quidni etiam competat dispensare in interstitiis? Et quomòdò potest scire necessitatem vel utilitatem Ecclesie, ubi talis ordinandus debet residere, quam Abbas?

Sed dices (inquit Miranda supra) quid juris, si non per se Abbas hujusmodi subditos ordinaverit, cum possit, sed alius, quos eos ad ordinandum, quia infirmus hoc non potest; cui competet interstitiorum dispensatio?

Hujus difficultatis resolutio adhuc supra dice est. & quia de ea scriptum nihil reperitur, quod plenè ac usquequaque satisfaciatur, hæc in re non iudicem agere. Quidam dicunt; quod competet Episcopo ordinatori, juxta præfata; Alii verò, quod præfato Abbati; liceat cuique tenere quod voluerit, aut consulantur Illustrissimi Card. Congr. S. Concilii. Hæc ille.

Verùm enim verò juxta præfata hæc dispensatio non competit Episcopo ordinatori, quando Episcopus suos subditos dimittit ad alium; cur ergo juxta dicta competit Episcopo ordinatori, quando Abbas suos subditos dimittit ad alium, quos ipsemet potest ordinare? Non video ullam rationem dispensationis, & ideo ego dico; non licere cuique tenere, quod voluerit; sed dispensationem tantum casu competere Abbati; non autem Episcopo ordinatori, ad quem subditi dimittuntur; sup-



posito, quod competat Episcopo dimittenti, & non Episcopo ordinatori.

Sed nunquid eadem ratio Prælati Regularis, qui non est abbas, nec per privilegium Pontificum potest conferre Ordines? Pro parte affirmativa videtur facere, Primò; quod nullus melius possit scire & judicare de necessitate vel utilitate suarum Ecclesiarum. Secundò; quod Prælati Regularis etiam habeat potestatem Episcopalem aut quasi Episcopalem in suos subditos; & sæpè veniat nomine Episcopi, & Ordinarium in iis, quæ sunt jurisdictionis, prout est hæc dispensatio.

Tertiò; quod Prælati Regularis concedat literas dimissorias suis subditis, jam autem eundem videtur esse, & non Episcopi, ad quem aliquis dimittitur, dispensare in interstitiis.

Pro quo Suarez tom. 2. de Relig. lib. 2. cap. 12. n. 22. adducit hæc Declarationem Card. ad dict. sess. 23. c. 11. verb. Iudicio Episcopi. Non potest Episcopus, ad quem dimissus est ordinandus, hoc iudicium facere. Et alia ad c. 13. verb. Si per annum saltem, sic habet: Ob eminentiam doctrinae & bonum testimonium, & de consensu Ordinarii summus Pontifex concedit, ut breviori tempore &c. Constat autem Prælatum Regularem esse Ordinarium suorum Religiosorum.

Et ideo probabile putat hic Auctor; Prælatum Regularium non solum ex privilegio, sed etiam de iure communi, seu vi Conc. Tridentini posse dispensare in interstitiis. Quam sententiam amplectitur Sanchez de Ord. cap. 1. dub. 54. n. 8. dicens: Prælati Regulares possunt dispensare cum Regularibus exemptis sibi subditis in his interstitiis; & nullo modo id possunt Episcopi. Probat; quia Episcopi tantum possunt dispensare cum suis subditis; at Regulares exempti non sunt magis subditi Episcopi, quam secularis extraneus, cum quo est certum, non posse dispensare.

Sed hæc probatio parvi est momenti; nam sicuti Regulares exempti, sunt subditi Episcopo, quoad Ordines accipiendos, per dimissorias suorum Prælatorum, ita etiam possunt fieri subditi respectu prædictæ dispensationis. Unde etiam certum est, quod Episcopus ordinator possit dispensare cum seculari extraneo de consensu proprii Episcopi.

Allegat etiam Sanchez pro sua sententia praxim; communiter enim, inquit, in dimissoriis ad Ordines; quas concedunt suis subditis Regularibus, dispensant in interstitiis.

Sed de hac praxi nihil non constat, immo potius de opposita. Tum, quia opposita sententia communior est, scilicet Prælatum Regularem de iure communi, seu vi Conc. Trident. (quidquid sit de privilegiis, de quibus infra) non posse dispensare in interstitiis; quia Conc. ubique exposcit iudicium Episcopi. Tum, quia etiam si Prælati habeant potestatem Episcopalem aut quasi Episcopalem in suos subditos, maxime Generales & Provinciales, & aliquan-

do veniant nomine Episcoporum & Ordinariorum; tamen non habeant potestatem conferendi ipsos Ordines, quæ collatio est principalis, ideoque nec videntur habere potestatem dispensandi in interstitiis, quæ dispensatio est aliquid accessorium; jam autem, ut supra diximus ex iure; Accessorium naturam sequi congruis principalis.

Hinc veritas ista declarata fuit per illustrissimos Card. sacre Congreg. Regularium (ut tradit Paraselus in suo comp. Privil. fol. 223.) qui hac de re consultati a. 1572. hoc responsum adhibuerunt: Quod Prælati Regulares non possunt dispensare in interstitiis, in literis dimissoriis, quibus mittunt suos subditos ad Ordines suscipiendos, & expedire iudicaverint, ac necesse habuerint, ut cum eisdem in interstitiis dispensetur, in prædictis literis dimissoriis, humiliter debent exorare suos prædictos Episcopos, ut id faciant cum omnibus, vel cum tali aut tali.

Addit Paraselus; quod non necessum est, ut descendant ad assignationem alicujus cause (quævis interdum non sit incongrua, id ipsum facere) sed quod prædicti Episcopi id teneant efficere absque ulla utilitatis seu necessitatis inquisitione, finem eisdem faciendo, iuxta leges urbanitatis, & quod hac in re ipsi affirmaverint, atque necessarium esse dixerint, tale iudicare. Ita refert Miranda supra conclus. 1.

Et Molfesius in Sum. Theol. mor. tract. 2. c. 1. n. 36. refert decusum, debere Episcopos se conformare cum supplicatione Superiorum Regularium; quia ad ipsos Superiores spectat providere & iudicare circa utilitatem & necessitatem Ecclesiarum suarum. Ita lego apud Barbosam supra ad cap. 13. n. 9.

Hanc etiam sententiam docet Eman. Rodrig. tom. 1. q. 99. Reg. q. 22. art. 7. ibi: Et sic concludo dicens, posse Episcopos vel Abbates ordinantes, in interstitiis cum Religiosis dispensare; non autem Prælatos Ordinum; possunt tamen ipsi, quando iudicaverint dispensandum expedire, Episcopum in literis dimissoriis exorare, ut in illis interstitiis cum tali & tali &c. dispensare dignetur, absque eo quod in alicujus particularis cause cognitionem descenderet. Illudque sanè Episcopo ad illos ordinandos posse sufficere arbitror. Et sic debet intelligi Declaratio prædictorum Cardinalium, ut videlicet sufficiens causa ad dispensandum à Prælati iudicata, ordinato Episcopo referatur, cujus erit iudicare de illa. Ita Rodrig.

Qui fundatur maxime in eo, quod Conc. Trid. committit interstitiorum dispensationem non Ordinariis absolute, sed Episcopis ordinantibus; prout; inquit, patet ex contextu Concilii.

Sed nos supra ex contextu Concilii contrarium ostendimus; scilicet illam dispensationem commissam esse Episcopo, cujus subditus est ordinandus, vel à se, vel ab alio cum literis dimissoriis.

O o o o

missoriis.

255. An eadem ratio Prælati Regularis, qui non est abbas.

Suarez Declar. Card.

256. Pars affirmans est probabilis.

Probatio ex Sanchez

quæ est parvi momenti.

257. Alia probatio Sanchez ex praxi.

de qua ratio non tenet non tenet.

258. Declaratio Card. pro opposita sententia, Paraselus

quæ sic intelligenda, ut Prælati non debeat assignare aliquam causam.

Miranda

Molfesius

Barbosa

259. Hanc sententiam tenet Rodriguez.

Fundatur in Conc. Trident.

sed perperam.



missioris. Quo supposito, non video aliam magis efficacem probationem hujus sententiae, quam Declarationem Card. Nam concedere literas dimissorias est similiter accessorium, & tamen competit Prælati, quibus non competit principale, id est, ipsa Ordinatio. An autem illa Declaratio efficaciter probet, patebit ex infra dicendis de Privilegiis Regularium in hac materia.

260. An Trid. relinquat arbitrio Episcopi ut eodem die promovatur ad ultimum Minorem, & primum Majorem. Barbofa.

Prædictum notandum; hoc decreto Tridentini secundum Aliquos (quos citat Barbof. supra ad cap. 11. n. 8.) arbitrio Episcopi remitti facultatem abbreviandi interstitia, non autem promovendi vel dispensandi, ut quis promovetur unâ die ad ultimum Minorum cum primo Sacrorum. Et idem docent per Concilium in præsentem sublatam esse omnem contrariam consuetudinem.

Sed verius apparet; posse Episcopum, ubi præscripta foret consuetudo ante Trident. ut simul minores Ordines cum Subdiaconatu dari possint, eos licet his quoque temporibus simul conferre. Pro qua doctrina plurimos refert Auctores Barb. supra nu. 9. Et ratio est: quia nuptiam in jure talis consuetudo reprobat; & quia fieri potest, ut utilitas vel necessitas Ecclesie illud expulcat.

Garcia. Decl. Card.

Declararunt quoque Card. apud Gar. de Benef. part. 7. c. 4. n. 47. Licet ex decretis huius Conc. post minores Ordines expectandus esset annus, antequam quis ad sacros Ordines promovetur, ut cap. 11. sess. 23. potest tamen quis parochialem acquirere, etiam si non habeat aliquem Ordinem sacrum, & infra annum promoveri ad Sacerdotium debet. Et per consequens cum illo dispensari debet in interstitiis.

261. Inter Subdiaconatum & Diaconatum requiritur interstitium unius anni ex Trident.

Probat; quia præter annum, qui requiritur, ut jam dictum est, inter susceptionem posteriori gradus Minorum Ordinum, insuper ex Conc. Trident. sess. eadem cap. 13. requiritur alius annus inter susceptionem Subdiaconatus, & Diaconatus, ibi: Promoti ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad alioverum gradum, nisi aliud Episcopo videatur, ascendere non permittantur.

Item annus inter Diaconatum & Sacerdotium.

Et rursus alius annus inter Diaconatum & Sacerdotium cap. 14. ibi: Qui pie & fideliter in ministeriis ante actis se gesserint, & ad Presbyteratus Ordinem assumuntur, bonum habeant testimonium: & hi sunt, qui non modo in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesie utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministraverint, sed etiam &c.

262. Hæc interstitia non sunt mathematicè computanda.

Ubi nota primò; hæc interstitia non esse mathematicè computanda, sed Ecclesiasticè, & juxta ritum Ecclesie; videlicet ab una quadragesima ad aliam, à Pentecoste ad Pentecosten, quàmvis inter primam, & secundam Pentecosten festivitatem, nondum sint elapsi duodecim menses. Ita resolvunt & referunt decisum Sorbus supra vers. Circa id, & Alii plures, quos vide

Sorbus.

apud Barb. sup. cap. 13. n. 6. etique sententia communis.

Nota 2. ad dispensandum in interstitio Diaconatus, non requiritur nisi iudicium Episcopi ex quacunque causa, sicuti supra dictum est de minoribus Ordinibus; nam eodem modo loquitur Concilium scilicet: Nisi aliud Episcopo videatur, non allegari aliquam causam; at verò pro dispensatione in interstitio Sacerdotii; requiritur Concil. præter iudicium Episcopi, utilitatem, & necessitatem conjunctivè, ut patet ex illis verbis: Nisi ob Ecclesie utilitatem ac necessitatem aliud Episcopo videretur. Ita resolvunt Eman. Rodrig. qq. Reg. tom. 3. q. 24. art. 6. & Alii apud Barb. supra cap. 14. n. 2.

Porro hæc necessitas, & utilitas, ut adverte Hier. Rodrig. in Comp. qq. Regul. resolut. nu. 23. moraliter debet pensari; non enim in puncto indivisibili consistunt, sed recipere debent eam latitudinem, quæ in aliis rebus moralibus ad arbitrium boni viri attendi solet.

Unde non requiri causam utilitatis & necessitatis ordinariam, aut publicam; quia Concilium in præsentem remittere videtur hoc negotium arbitrio & prudentiæ Episcoporum, ipsa utilitate Ecclesie & necessitate, quum Episcopus juxta circumstantiam loci, & temporis, aut juxta conditionem personarum, sufficienter judicaverit, tradunt Sorbus supra sub finem. Menoch. de Arbitr. c. 427. n. 3. Eiman. Rodrig. sup. art. 7. quos refert & sequitur Boncina de Sacramentis disp. 8. q. un. p. 6. n. 2.

Rogat aliquis; cur major causa requiratur ad dispensandum in interstitio Subdiaconatus, & Sacerdotii, quàm minorum Ordinum, & Diaconatus? Respondeo: quia major differentia est inter minores Ordines & Subdiaconatum, qui est Ordo sacer habens annexam obligationem continentie; item inter Diaconatum & Sacerdotium, quod est gradus dignissimus proximè disponens ad consecrationem corporis & sanguinis Christi, quàm inter Lectorem, & Acolythum, qui sunt ambo Ordines minores, aut inter Subdiaconatum & Diaconatum, qui sunt ambo Ordines majores, & solùm remotè disponunt ad consecrationem.

Nota 3. hanc facultatem remittendi interstitia, Episcopo concessam, transire in Capitulum seu ejus Vicarium, Sede vacante, ut tradunt Quarant. in Sum. Bullarii verb. Capitulum vers. Quarto decimo, & Alii plures apud Barbof. supra.

Nota 4. neque Episcopum ordinantem subditos non servatis interstitiis, neque sic ordinatum, ob hoc præcisè fore suspensum, minus irregularem. Ratio; quia nec à Concilio Trident. nec canone ullo, in corpore juris clausum imponitur aliqua pena ipso jure; & non est dicendum, ullam pœnam incurri ipso jure, nisi à lege id exprimitur, juxta Gloss. celeberrimam cap. fin. de Jure patronatus verb. Ex vi, ubi sic



ait: Sed videtur quod Capitulum Eboracen. faciendo quod non licet, concedendo Ecclesiam. privati debuit potestate, saltem ea vice, presentandi, quia dixit sibi ins, & ut puniatur in eo, quod deliquit. supra eod. Pastoralis. supra de transl. Quanto. & arg. 16. q. 6. Placuit. Propter hoc non puniuntur: quia & ipsi uidem correxerunt factum suum, presentando prout debebant, nec est iste casus, in quo priuatur quis potestate eligendi: quia cum sit illud pena, non debet imponi, nisi exprimat, quod sit imponenda. Auctores pro hac sententia vide apud Barb. sup. n. 11. & 12.

Barb.

Ocurritur objectioni.

Nec obstat Constitutio Sixti 5. contra male promotos, quia, ut jam non femel dixi, reducta est ad terminos juris communis, Conc. Trident. & Constit. Pii 2. excepta Ordinatione simoniaca.

An sic ordi. nati possint suspendi ab Episcopo. Navar.

Querit autem Navar. lib 1. Conf. Tit. de Temp. Ord. Conf. 4. n. 1. an saltem sic ordinatus non possit puniri alia pena, & suspendi ab Episcopo? Et putat posse, quia transgressor est canonis. Et idem dici posset de Episcopo; scilicet, quod ad Superiore posset puniri pena extraordinaria.

266.

Quid si Episcopus duos Ordines sacros simul eodem die conferret.

Quid ergo, inquis, si quis Episcopus duos Ordines sacros simul eodem die conferret, putas quia & talis Episcopus & sic ordinatus non forent suspensi, aut non incurrerent aliam penam ipso iure? Respondeo; non puto, quia nimis manifeste contrarium exprimitur in iure communi tit. de Temp. Ord. cap. 13.

Note suspensum ipso iure probatur ex cap. 13. de Temp.

Hec sunt verba juris: *Literas vestras recepimus super inordinata Ordinatione Imolensis electi, quem Bononiens. Episcopus precedenti Sabbatho in Diaconum, & sequenti die Dominico (continuatō ieiunio) in Presbyterium ordinavit. In quo quantum uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumque Ordinem eodem die conferre illi non licuit, pari non licuit ratione, anum Ordinem uno die, & alium altero (ieiunio continuato) conferre, cum propter continuationem ieiunii fitione canonica, siue mane diei Dominice trahatur ad Sabbathum, siue vespera Sabbathi ad diem Dominicam referatur, profectō mane cum vespera, seu vespera cum mane, ad eundem diem pertinere dicitur. Nam si quantum ad hanc necessitatem articulum pertinet, mane ad unum diem, & vespera referatur ad alium, cur esset continuatio ieiunii necessaria, cum & Sabbatho ante eam, & Dominica ante prandium intelligantur esse ieiunii. Presatum itaque Bononiens. Episcopum (ut puniatur in quo deliquit) à collatione Ordinum, Diaconi scilicet & Presbyterii: alterum vero ab executione officii Sacerdotalis tandem volumus manere suspensos, donec de illis aliter disponamus. Ita Innocentius III.*

267.

An etiam ac c. 15. eod.

Et Honorius III. cap. 15. eod. sic scribit: *Dilectus filius G. Humiliens. Canonicus nostro dudum Apostolatus referavit, quod Humiliens. Ecclesia, suo viduata Pastore, Canonici ipsum unanimiter elegerunt; qui cum esset citra sacros Ordines constitutus, Archiepiscopus Cassalens. Metropolitanus eorum. Epi-*

scopo Trecent. mandavit, ut cum uno & eodem die ad tres sacros Ordines promoveret: quod ille (non ausu proprio, sed ipsius Archiepiscopi mandato) persequit. Cum ergo nobis consulerit, supradictum Episcopum in pluribus deliquisse: tum, quia sine mandato Archiepiscopi (ut ipse confessus extitit) ad huiusmodi Ordinationem inordinatē processit: tum, quia si de mandato Archiepiscopi constaret, cum illi huiusmodi dispensatio à canone minime sit permessa, ipsi obtemperare non debuit in hac parte: tum etiam, quia reatum perituri sepius variavit, iurando prius, quod Archiepiscopus id preceperat, & postea quod illud non mandaverat in iudicio consistendo: ipsum tandem ab ordinandis suspendimus potestate, donec nostram meruerit gratiam obtinere.

Videntur quod non

Verum cum hic non unum tantum delictum, sed plura simul puniantur, qui solum plures Ordines sacros contulisset eodem die, ex hoc iure non recte probaretur suspensus; neque qui suscepisset, cum de ordinato nulla fiat mentio.

268. An solus Papa dispenset super hoc.

Sed nec ex eo, quod solus Papa dispenset super hoc seu absolvat ab hac suspensione, ut notat Gloss. ibi verb. *Nostram*, dicens: *Et sic solus Papa super hoc dispensat*; recte inferitur: ergo etiam solus Papa dispensat super illo, seu absolvit ab illa suspensione: quia sunt casus planè diversi. Unde etiam in cap. *Dilectus*, non solum suspenditur Ordinator ab Ordinibus, quos contulit; sed generaliter à potestate ordinandi. At verò in cap. *Litteras*, solum suspenditur à collatione Ordinum, quos eodem die contulit; & sic ordinatus ab executione postremi Ordinis.

269.

Casus in quo Abbas & Episcopus dispensare poterunt in suspensione c. 15. de Temp. Ord. cap. 2. de eo qui &

Quia tamen etiam in fine huius capituli additur: *Donec de illis aliter disponamus*, videtur & hac suspensio reservata Pontifici, ut resolvit Navar. in Man. cap. 25. n. 71. & Alii apud Barb. supra cap. 13. n. 15.

Excipitur casus, quando sic ordinatus Religionem ingressus est, & peracta penitentia laudabiliter in Religione vixit, quia tunc Abbas & Episcopus dispensare poterunt; arg. cap. 2. de eo qui furtivè Ordinem suscepit; ubi sic ait Cælestinus III.

*Cum H. lator presentium, sicut nobis sua questione monstravit, ad tuam Ordinationis causam presentiam accessisset, iuxta consuetudinem parva sibi quatuor minores Ordines contulisti: quibus non contentus, Subdiaconatum etiam temerario ausu recepit. Mandamus quatenus eum in minoribus dumtaxat Ordinibus celebrare permittas. Si vero domum Religionis intraverit, & vicia & mores eius exegerint, Abbas (si voluerit) in aliis poterit Ordinibus dispensare.*

270.

Suspensus est à postremo Ordine qui Minores & Subdiaconatum eodem die suscepit.

Ex quo iure patet primò; non tantum qui duos majores Ordines suscepit eadem die, fore suspensum à postremo Ordine; sed etiam qui minores, & Subdiaconatum. Secundò; Abbatem in illa suspensione posse dispensare, si fuerit ingressus Religionem & laudabiliter in ea vixerit.

Accedat cap. 3. eod. (quod est ejusdem Pontificis) *Innotuit nobis, quod G. Clericus & alii qui &*

0003 Aug



duo de diœcesi tua, ad G. quondam Segustin. Episcopum, ut Ordines ab eo reciperent accesserunt. Cumq; ab eodem Episcopo sub excommunicationis sententia fuisset inhibuitum, ne quis se ad duos Ordines suscipiendos ingereret: prædicti Clerici nihilominus Subdiaconatus & Diaconatus Ordinem clandestinè suscepimus: Et infra: Consultationi tua taliter respondimus, quòd ordinati in susceptis Ordinibus de iuris rigore ministrare non debent. Veruntamen si ad Religionem aliquam voluerint se transferre, & peractâ penitentia, pro arbitrio tuo eis iniunctâ, ibidem laudabiliter fuerint conversati, processu temporis cum eis poteris de nostra licentia dispensare, ut postmodum susceptorum Ordinum executione lætetur.

271.  
Episcopus non potest dispensare in collatione plurium Ordinum sacrorum eodem die.

Præterea ex cap. Dilectus, colligitur; Episcopum non posse dispensare in collatione plurium Ordinum sacrorum eodem die: ibi: *Cum isti huiusmodi dispensatio à canone minime sit permissa.*

Item ex cap. Literas, consecrarium videtur; eum qui conferret die Sabbathi Diaconatum, & die Dominico Sacerdotium, non continuatò jejuniò, minime suspensum fore; quia sola continuatio jejunii facit, ut Ordines sic collati, censeantur eodem die collati. Patet ex textu.

272.  
Maius delictum est suscipere duos Ordines Majoris eodem die, quàm diversis non servatis interstitiis.

Nec minus manifestum est ex iuribus j. m. allegatis, majus delictum esse suscipere duos Ordines majores, aut quatuor Minores & unum Majorem eodem die, quàm diversis diebus non servatis interstitiis: siquidem hoc non punitur ullâ pœnâ juris; illud autem pœnâ suspensionis.

Quod probè intelligentes Patres Concilii Trident. sess. 23. de refor. cap. 13. sic statuunt: *Duo sacri Ordines non eodem die, etiam Regularibus, conferantur, privilegiis ac indulgiis quibusvis concessis non obstantibus quibuscumque.* Ecce hic, propter majorem indecentiam, revocantur privilegia Mendicantium, quæ relinquuntur intacta, dum agitur de susceptione Ordinum diversis diebus non servatis interstitiis.

Caveant ergo & timeant Episcopi conferre, etiam Regularibus, duos sacros Ordines eodem die (de minoribus & uno sacro Ordine non meminit Trident.) nisi possint ostendere privilegia concessa post Concil. Tridentinum. Ne timeant autem conferre duos, immo & tres Ordines sacros diversis diebus non servatis interstitiis, quia privilegiati sunt; ut patet ex privilegiis Conclus. præcedenti allegatis, quæ Trident. quantum ad hoc non revocat.

Et ita multi Episcopi prædicant absque ullo scrupulo, tum hic, tum alibi, etiam in ipsa urbe Romana, ut testatur Averfa q. 3. sect. 9. §. *Quis verò*, estque tutum in praxi. Auctores vide apud Dian. part. 3. tract. 2. resol. 31. Interim etiam inveniuntur Episcopi qui, nimium justi, nolunt prædicare; ne, ut ajunt, videantur transgressores Conc. Trident. Sed timent, ubi non est timendum.

273.  
Si dixeris; Card. declararunt, ut supra vi-

dimus, ad Episcopum spectare dispensationem in interstitiis, & non ad Prælatos Regulares.

Respondeo (quidquid sit de veritate vel auctoritate illius Declarationis, quæ facile profect negari) constat per hanc Declarationem non revocari seu enervari privilegia, saltem concessa post Trident. immo nec ante; cum eorum non meminerit, neque possit se extendere ultra limites Tridentini, quod declarati, & in quo non est clausula derogatoria privilegiorum.

Itaque ut solus Episcopus dispensaret in interstitiis, quantum est ex iure communi, & decreto Conc. Tridentini; equidem ex privilegio etiam Prælati Regularis. Vel magis proprie loquendo, quando Prælati Regularis suos subditos absque interstitiis mittit ad Ordines, ipse Pontifex cum eis dispensat in interstitiis.

Cæterum ad servandam pacem cum Episcopis, qui sequuntur oppositam sententiam, nec faciunt Prælati, si, dum nulla subest causa, observari à suis curent tempora & interstitia à jure statuta; prout in nostro Ordine curam est per statuta Generalia Barchinonensia, accommodata provinciis Belgicis, cap. 7. §. 16. ubi sic lego: *Et cum secundum Conc. Trident. non debeat ad sacros Ordines promoveri, nisi post annum à susceptione posterioris Ordinis, nisi Episcopus aliud iudicaverit expedire; volumus hoc decretum cum Prælati nostre Religionis inviolabiliter observari, ad omnino rationabilis causa dispensationem non revocari.* Intelligunt autem per dispensationem promotionem ante annum à susceptione posterioris Ordinis, sive sit propria dispensatio, sive potius usus privilegii.

Restat consecratio Episcopalis; ad quam antiqua præscribent certam temporis durationem post consecrationem Sacerdotalem; sed hodie solum requiritur semelre sacro Ordine, vel à sacris Ordinibus, quod docet Conc. Trident. sess. 22. de refor. cap. 1. in principio: *Quicumque posthac ad Ecclesiam Cathedralis erit assumendus, is non solum moralitate, moribus & vitâ ac aliis, quæ à sacris Regularibus requiruntur, plenè sit præditus, verum etiam in sacro Ordine antea, saltem sex mensium spatium, consecratus.*

Et ita sanè servandum est, inquit Averfa q. 3. sect. 9. §. *Ad consecrationem*, nisi Pontifex dispensatio intercedat. Quia autem Concilium utitur numero singulari dicens: *In sacro Ordine*, hinc Averfa eodem §. docet sufficere semelre spatium à primo Ordine sacro, id est, Subdiaconatu.

At Campan. in Divers. juris canon. rub. 11. cap. 7. nu. 8. advertit, oportere, omnibus factis initiatum fuisse ante sex menses; idque quæ Constitutio Greg. 14. quæ incipit: *Omnia Ap. sollicita*, 6. apud Cherubinum utitur plurali numero §. 9. dicens: *Quamvis autem qualitates omnes promovendorum, quæ in generalium Synodorum*



decretis, alijsq; canonicis sanctionibus continentur, probe cognita esse debeant iis, quibus inquisitionis officium demandatum est, quales sunt, natum esse ex legitimo matrimonio, atque ex parentibus Catholicis, annum trigessimum iam explevisse, sacris Ordinibus, saltem ante sex menses, initiatum esse &c.

Sed, meo iudicio, numerus pluralis ad summum probaret, oportere duobus Ordinibus sacris initiatum fuisse ante sex menses; si tamen hoc probet; quia, etiam in Scripturis sacris subinde numerus pluralis ponitur pro singulari, ut patet ex alibi dictis, quidni in Bullis Pontificiis idem fieri possit, atque hic fiat? Quippe hic recensentur qualitates, quæ in generalium Synodorum decretis continentur: atqui, ut vidimus, Concilium Trident. utitur numero singulari; ergo hæc Constitutio referens hanc qualitatem ex illo Concilio numerum pluralem posuit pro singulari, alioquin aliquam qualitatem referret, quæ non continetur in decretis generalium Synodorum. Atque hæc est communior opinio:

277. Potest aliquis ordinari in Sabbato, & manè in Episcopum. Ex qua sequitur, si aliquis die Sabbati quatuor temporum fuisse ordinatus Sacerdos, possit consecrari Episcopus die Dominicâ immediatè sequente. Ita notat Gloss. in cap. Quod à Patribus 4. dist. 75. verb. Sabbati, ibi: In consecratione Episcopi non est necessaria continuatio ieiunii, cum tantum die Dominico consecratur, & in manè quilibet intelligatur ieiunus, ut extra de Temp. Ord. Literas. Sed licet quis possit ordinari aliquem in Sacerdotem in Sabbato, & in manè in Episcopum, tamen alium ordinem non possit eidem conferre in manè, cui manè contulerat in Sabbato extra eod. Literas. Sed nunquid Dominico die in manè potest quis ordinari in Sacerdotem, & eadem die horâ tertiâ in Episcopum? H. dicit quod sic, quia nunquam invenitur prohibitum.

Ubi imprimis satis insinuat, posse aliquem ordinari in Sacerdotem in Sabbato, & in manè in Episcopum, etiam non continuato ieiunio; sed satis esse, si sit ieiunus in ipsâ Dominicâ propter celebrationem. Quam sententiam amplectitur Averfa supra cum Aliis, quos citat. 278. An possit eadem die Dominicâ in Sacerdotem & Episcopum. Secundò dicit Glossa; quod aliquis possit die Dominicâ manè ordinari in Sacerdotem, & eadem die horâ tertiâ in Episcopum, quod displicet Averfa supra cum Aliis, quos citat; quia tam novus Sacerdos, quam novus Episcopus debet concelebrare cum Ordinate, ergo saltem ex hoc capite id fieri non potest. Hæc ille.

Atque ut novus Sacerdos non deberet concelebrare, veluti in aliquibus locis non concelebrat, saltem debet communicare, & per consequens deberet bis eadem die communicare; quod non legitur uspiam tali casu concessum.

279. Episcopus non potest conferre. Illud ad calcem huius Conclusionis addiderim, quod lego in Concil. Trident. sess. 6. de refor. cap. 5. Nulli Episcopo liceat cuiusvis privilegii præterea Pontificalia in alterius diocesi exercere, nisi

de Ordinaru loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinaro subiectas solum: si secus factum fuerit, Episcopus ab exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab exercitio Ordinum sint ipso iure suspensi.

Ergo non licet Episcopo in aliena diocesi, absque consensu Ordinarii loci, conferre Ordines maiores, vel minores; quia hæc collatio à DD. communiter numeratur inter Pontificalia, utpote specialiter pertinens ad Ordinem Episcopalem.

Dubitat autem de collatione primæ Tonsuræ, quam Disp. 3. Sect. 2. Concl. 3. n. 39. dixi licitam, securus Covar. lib. 3. Variatum cap. 20. n. 9. Rebuff. in Tract. nominat. q. 1. n. 29. & 65. & in Praxi benef. rub. de Ecclesi. & à quibus, & quomodo ordinentur num. 13. Henriquez in Sum. lib. 3. cap. 6. §. 6. Bonac. de Suspens. in particulari punct. 12. nu. 2. ubi hanc sententiam vocat probabilem.

Quamvis etiam opposita non careat suâ probabilitate; quam amplectitur Sanchez de Ord. cap. 1. dub. 50. n. 2. Barb. de Potest. Episcopi p. 2. alleg. 6. nu. 15. Campan. in Divers. jur. can. rubr. 6. c. 1. nu. 2. Aliique plures; quia, inquit, verè est Pontificalis, & per se publica ac solemnis actio, cuius ritus in Pontificali præscribuntur, sicuti præscribuntur ritus conferendi Ordines.

Responderi posset; hoc ideo factum esse, non quasi collatio Tonsuræ specialiter pertineat ad Ordinem Episcopalem, ita ut sine eo foret invalida; sed quia Ecclesia, quæ instituit hanc actionem, etiam instituit Episcopum ordinarium ejus ministrum; quoniam prærequiritur collationi Ordinum, quæ iure divino specialiter pertinet ad Ordinem Episcopalem, ita ut sine eo sit invalida, nisi fiat ex particulari commissione Pontificis, ut patet ex supradictis.

Unde fortè Episcopus posset alteri delegare collationem primæ Tonsuræ; & per consequens Episcopus electus & confirmatus, nondum tamen consecratus, eam conferre; quia videri posset actus potius jurisdictionis, quam Ordinis; quæ autem jurisdictionis sunt, competunt Episcopo electo & confirmato ante consecrationem, ut alibi cum communi sententia diximus; eaque aliis delegare potest, nisi aliquid aliud obstat.

Ex his patet probabilitas prioris sententiæ, quam etiam sequitur Bassæus in Supple. verb. Ord. Sacramentum n. 4. quia, inquit, Concilium loquitur de Episcopo conferente Ordines; sed prima Tonsura non est Ordo, cum conferri possit domi privatim sine Pontificalibus.

Sed hæc probatio non videtur convincere, Primò; quia Concilium non tantum loquitur de Episcopo conferente Ordines, sed generaliter de Episcopo exercente Pontificalia, ibi: Nulli Episcopo liceat &c. Pontificalia in alterius diocesi exercere. Certum autem est, nomine Pontificalium non solum venire collationem Ordinum,

Ordines in aliena Diocesi absque consensu Ordinarii

280. An possit conferre primam Tonsuram Covar. Rebuff. Henriquez Bonac.

Pars negativa est probabilis. Sanchez. Barbosa. Campan.

281. Resp. ad eius probationem.

An Episcopus possit alteri delegare collationem 1. Tonsuræ.

282. Probatur ex Basæo. Episcopus posse conferre 1. Tonsuram in aliena Diocesi, Probatio rejicitur primò.



num, sed etiam administrationem Sacramenti Confirmationis, consecrationem Ecclesiarum, altarium &c. ergo ex eo. quod Tonsura non sit Ordo, non recte inferitur; ergo Episcopus conferendo Tonsuram non exercet Pontificalia.

Secundò; quia sic etiam liceret Episcopo extra propriam diocesim benedicere calices vel Corporalia, & his similia, cum hæc etiam in cubiculo benedici valeant, & nihilominus perspicuum videtur, inquit Bonac. suprà, hujusmodi benedictionem pertinere ad actus Pontificalis.

Tertiò; quia etiam minores Ordines videntur posse conferri domi privatim sine Pontificalibus; sic enim lego in Pontificali Romano Tit. de Ordinibus conferendis: Quando autem Pontifex extra Missarum solemniam est promoturus aliquos ad primam Tonsuram, vel ad quatuor minores Ordines, sufficit quod habeat stulam supra rochetam vel supra superpelliceum (si sit Religiosus) & mitram simplicem. Cum autem est celebraturus pro sacris Ordinibus conferendis, habere debet sandalia & omnia paramenta Pontificalia.

Ecce eadem vestes requiruntur in Episcopo ad conferendam extra Missarum solemniam Tonsuram, & minores Ordines. Ergo si collatio Tonsuræ non est actus Pontificalis, quia fieri potest privatim sine Pontificalibus, neque collatio minorum Ordinum erit actus Pontificalis propter eandem rationem; vel si hæc collatio sit actus Pontificalis, etiam collatio Tonsuræ erit actus Pontificalis.

Hanc autem esse actum Pontificalem, videtur colligi ex Tridentino sess. 14. de refor. c. 2. ubi sic lego: Et quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiarum &c. dum per hanc sanctam Synodum se Pontificalia officia in alterius diocesi, nisi de loci Ordinarii expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum, exercere prohibitos vident, in legis fraudem & contemptum quasi Episcopalem Cathedram in loco nullius diocesis suâ temeritate eligunt, & quoscumque ad se venientes, etiam si suorum Episcoporum seu Prælatorum literas commendatitias non habeant, clericali characterè insignire, & ad sacros etiam Presbyteratus Ordines promovere præsumunt &c.

Et in fine cap. Episcopum titolarem, qui aliquem, absque sui proprii Prælati expresso consensu, aut literis dimissoriis, ad aliquos sacros, aut minores Ordines, vel primam Tonsuram promovet, ipso jure suspendit per annum ab exercitio Pontificalium.

Ex quo sic argumentor: si Collatio primæ Tonsuræ non est actus Pontificalis, immeritò videtur talis suspendi ab exercitio Pontificalium, cum nullum actum Pontificalem indebitè exercuerit.

Hinc quàmvis Disp. 3. suprà allegatâ secutus fuerim sententiam Covarruvæ; & Aliorum probabilem; equidem hic, re meliùs consideratâ, magis inclinor in sententiam oppositam, & expectabo à doctioribus responsum ad

hunc locum Concilii; & rationem, quare potius benedictio Corporalium sit actus Pontificalis, ut vult Bonac. suprà, quàm collatio primæ Tonsuræ. Interim consulo omnibus Episcopis, ut attendant consuetudinem, quæ observanda erit, ubi legitime fuerit præscripta.

Notent etiam tam Episcopi, quàm eorum ministri, & diligenter observent, quod Trident. statuit sess. 21. de refor. cap. 1. Nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam Clericali Tonsuræ, nec pro literis dimissoriis aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque de causa, etiam spontè oblatum, Episcopi, & alio Ordinum Collatore aut eorum ministri, quovis prætextu accipiant. Notant verò in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis literis dimissoriis, aut testimonialibus, decimas tantum minus aures partem accipere possunt, damnum nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopo ex Notarii commissa aliquod emolumentum ex eisdem Ordinum collationibus licetè vel indirectè provenire possit: tunc enim gratiam suam eos prestare omnino teneri decernit, contra statuta ac statuta & consuetudines, etiam immemoriales, quorumcumque locorum, quæ potius abusus, corruptela, simonia & pravitate favent, non potest possunt, penitus cassando & interdicendo; & qui hoc fecerint, tam dantes, quàm accipientes, ultra omnem ultionem, penas à jure inflictas ipso facto incurrant.

Hæc tamen non impediunt, quo minores Ordinari dare, & Ordinans accipere possit ecclesias, quæ in ipso Ordinationis actu per modicum ejusdem ritus offeruntur. Ita Declaratio Cujus sequentis tenoris: Consuetudo percipiendi de rebus natis ad primam Tonsuram ferebat, penitus cassata, & mappas, præter faculas, panes, & Presbyteros intelligitur perinde ac corruptela revocata.

Si autem à me queritur; de quibus panibus seu de quo jure, insiliente penas, intelligi debeat Concilium. Respondeo: de panibus fictis simoniacis, Extravag. de Simonia cap. Cùm detestabile 2. ubi omnes simoniaci quoscumque dignitatis aut status ipso facto executione suspenduntur, & simoniacè ordinati à locum Ordinum executione suspenduntur, quibus penas hic non immotor, quia solent distulsi applicari in tract. de Religione.

Præterea etiam varia privilegia Clericorum puta Canonis & fori; item immunitates à rebus & vectigalibus, de quibus in tract. de Legibus; sed & varias obligationes, quæ non sunt propriæ huic loco. Unam solam, eandem maximam, non possum silere, nempe obligationem continentis, quæ communiter à Doctores in præsentî Disputatione longè & late proponitur; quorum proinde vestigium in hoc tract. de ea insituo sequentem Sectionem.

284. An collatio 1. Tonsuræ sit actus Pontificalis. Conc. Trid.

285.

Auctores magis inclinat in sententiam affirmativam.

SECT. V.